

Flos Medicinae Scholae Salerni

FLOS MEDICINAE / SCHOLAE SALERNI / PRAECEPTA GENERALIA - Anglorum Regi scribit Schola tota Salerni,

Si vis incolumem, si vis te vivere sanum:

Curas tolle graves, irasci crede profanum,

Parce mero, coenato parum: non sit tibi vanum

Surgere post epulas; somnum fuge meridianum,

Ne mictum retine, ne comprime fortiter anum.

Haec bene si serves, tu longo tempore vives.

Triste cor, ira frequens, bene si non sit, labor ingens,

Vitam consumunt haec tria fine brevi:

Haec namque ad mortis cogunt te currere metas,

Spiritus exultans facit ut tua floreat aetas,

Vitam declines tibi sint si prandia lauta:

Qui fluxum pateris, haec ni caveas, morieris:

Concubitum, nimium potum, cum frigore motum.

Esca, labor, potus, somnus, mediocria cuncta:

Peccat si quis in his patitur natura molestis,

Surgere mane cito: spaciaturum pergere sero,

Haec hominem faciunt sanum, hilaremque relinquunt,

Si tibi deficiant Medici, medici tibi fiant

Haec tria: mens laeta, requies, moderata diaeta.

PARS PRIMA - HYGIENE. CAP. I. *Exhortio sanitatis*. - Testatur sapiens quod Deus Omnipotens

Fundavit physicam, prudens hic non figurat illam,

Cum sit hic natus, item accipe: praeperatus

Ad finem properat qui modo natus erat;

Nunc oritur, moritur statim, sub ima sepelitur,

Sub pede calcatur, vermibus esca datur.

Custodit vitam qui custodit sanitatem,

Sed prior est sanitas quam sit curatio morbi.

Ars primitus surgat in causam, quum magis vigeatis.

Qui vult longinquum vitam perducere in aevum,

Mature fiat moribus ante senex;

Senex mature, si velis esse dici.

CAP. II. *Phisici influxus* - Art. I. *Venti*. - Sunt subsolanus, vulturnus, et eurus, eoi,

Circinus occasum, zephirusque, favonius afflent

Atque die medio nothus haeret, africanus, auster,

Et veniunt aquilo, boreas et chorus ab arcto.

Art. II. *De aeris usu et qualitate*. - Aer sit purus, sit lucidus, et bene clarus

Infectus per se, nec olens foetore cloacae,

Alteriusque rei corpus nimis inficientis

Art. III. *De quatuor anni tempestatibus*. - Temporis aestivi ieiunia corpora siccant;

Quolibet in mense confert vomitus, quoque purgat

Humores nocuos, stomachi lavat ambitus omnes.

Ver, autumnus, hiems, aestas dominantur in anno.

Tempore vernali colidus sit aer madidusque,

Et nullum tempus melius sit phlebotomiae;

Usus tunc homini veneris confert moderatus,

Corporis et motus, ventrisque solutio, sudor,

Balnea; purgentur tunc corpora per medicinas,

Aestas more calet, siccatur, noscatur in illa

Tunc quoque praecipue choleram rubeam dominari

Humida, frigida fercula dentur; sit venus extra;

Balnea non prosunt: sint raras phlebotomiae:

Utilis est requies, sit cum moderamine potus.

Art. IV. *De Mensibus* - § I. *Ianuarius*. - In Iano clarus calidisque cibis potiaris,

Cedit enim medo tunc potatus bene credo,
Ni tibi languores sint, aptos sume liquores,
Nec nimium cogita, communia fercula vita
Balnea sunt grata, sed potio sit moderata:
Escas per lanum calidas est sumere vanum.
§ II. *Februarius*. - Nascitur occulta febris *Februotibi* multa,
Potibus et escis si caute vivere velis,
Tunc cave frigora, de pollice sume cruorem.
Si comedis betam, nec non anserem vel anetum,
Potio sumatur, in pollice tum minuatur
§ III. *Martius*. - *Martius* humores pandit, generatque dolores.
Venas non pandes, radices sedulo mandes.
Sume cibum modice coctum si placet iure
Balnea, sint assa nec dulcia sint tibi cassa,
Vena nec ab dena nec potio sit tribuenda.
Hic assaturi cibi sint et balnea curae.
§ IV. *Aprilis*. - Se probat in vere *Aprilis* vires in habere;
Cuncta renascuntur, pori terrae aperiuntur,
In quo calefit sanguis recensque crescit,
Ergo solvatur venter cruorque minuatur.
Venter solvendus, cruor pedis est minuendus.
§ V. *Maius*. - *Maius* secure laxare sit tibi curae;
Scindatur vena sic balnea dantur amaena:
Cum validis rebus sint balnea, vel cum speciebus.
Absynthii lotio edes cocta lacte caprino.
§ VI. *Iunius*. - In *Iunio* gentes perturbat medo bibentes,
Atque novellarum fuge potum cerevisiarum:
Ne noceat cholera valet ita refectio vere;
Lactucae frondes ede, jejunos bibe fontes.
§ VII. *Iulius* - Qui vult solamen *Iulio* praebet hoc medicamen.
Venam non scindat, nec ventrem potio laedat,
Somnia compescat et balnea cuncta pavescat,
Ac veneris vota, sit salvia anethum nota.

[Page 448]

§ VIII. *Augustus*. - Quisquis sub *Augusto* vivat moderamine iusto,
Raro dormitet, frigus quoque coitum vitet,
Balnea non curet, nec multa comestio ducet,
Nemo laxari debet, nec phlebotomari;
Potio vitetur ac lotio nulla paretur.
Hic calidos vitare cibos hoc mense nocivos.
§ 9. *September*. - Fructus maturi *Septembris* sunt valituri,
Et pira cum vino, pomis cum lacte caprino,
Atque diuretica tibi potio fertur amoena.
Tunc venam pandes, species cum semine mandes.
§ 10. *October*. - *Octobervina* praestet cibos atque farina.
Nec non arietina caro valet et volucrina,
Quamvis sint sana, non multa comaestio fiat,
Quatenus vis comede sed non proecordia laede.
Lac ede caprinum, cariophylus lacque ovinum.
§ 11. *November*. - Nunc datur scire tibi suntque cernenda
novembri, Quaeque nociva vita tua sit pretiosa diaeta.
Ipsa *Novembre* dat regula; medoque bibatur.
Spica recipiatur, mel, zinziber comedatur.
Balnea cum venere tunc ullum constat habere,
His vir languescit, mulieris hydrops quoque crescit.
Potio sit vana atque minucio sana.
Hic utaris homo speciebus cum cynamomo
§ 12. *December*. - Sanae sunt membris calidae res mense *Decembris*;
Caulis vitetur, capitalis vena secetur;
Lotio sit rara, sed phas et potio cara.
Frigore saepe tegas caput ut sanus bis degas:
Ut minus aegrotas cinamomia reposita potes.
CAP. III. *Confortatio cerebri, visus, aliorumque membrorum*. - Lumina mane manus surgens frigida lavet aqua,
Hac, illac modicum pergat, modicum sua membra
Extendat, crines pectat, dentes fricet, ista
Confortant cerebrum, confortant caetera membra.
Lote cale, sta pranse, vel i, frigesce minute.
Fons, speculus, gramen, haec dant oculos relevamen,

[Page 449]

Mane igitur monts, sub sertum inquirito fontes
Hi praesertim oculos recreant, visumque colorant:
Coeruleus, viridisque et ianthinus, addito fuscum.
Si fore vis sanus ablue saepe manus,
Lotio post mensam tibi confert munere bina:
Mundificat palmas et lumina reddit acuta.
Est oculis sanum saepe lavare manum.
CAP. IV. Somnus.Art. I. Tempus et modus dormiendi. - Sex horis dormire sat est iuvenique senique
Septem vix pigro, nulli concedimus octo.
Ad minus horarum septem fac tibi sit somnus.
Si licet ad nonam, numquam ad decimam licet horam.
Si potes, ad noctis normam rege tempora somni;
Si natura dolet, lucis primum adde trientum:
Praestat enim dormire die, quam membra quiete
Frustrare; et lucis pars prima aptissima somno est,
Utilis est somnus moderatus cuique animali,
At nimium diuturna quies mala plurima profert.
Pessima decumbendi forma est dormire supinum,
Utilis est tussi pronus, sed lumina laedit;
In latus alterutrum praestat se praebere somno
Intentum, et, si nihil prohibet, latus elige dextrum.
Art. II. Somnus meridianus. - Sit brevis aut nullus tibi somnus meridianus.
Febris, pigrities, capitis dolor atque catharrus,
Quatuor haec somno veniunt mala meridiano.
Mensibus in quibus R post prandia fit somnus aeger,
In quibus R non est somnus post prandia prodest.
Si quis forte cupit somno indulgere diurno,
Si consuevit ita, minus illi culpa nocebit;
Dummodo non longus somnus, nec proximus escae,
Sed brevis, capite recto sumetur, et ipsi
Qui dormit, liceat sonitu finire modesto.
CAP. V. Egestio, ventositas et mictura. - In die mictura vicibus sex fit naturalis.
Tempore bis tali, vel ter, fit egestio pura.

[Page 450]

Antiquo more mingens pedit absque pudore.
Mingere cum bombis res est saluberrima lombis;
Nam ventrem stringes, retines bombum veteratum.
CAP. VI. In gerendum balneum aliaque facienda. Si vitare velis morbos, et vivere sanus,
Haec praecepta sequi debes, aliosque docere.
Lotus, ieiunus, post somnum non bibas statim,
Et detecto capite sub frigore non gradieris
Nec sub sole, tibi sunt quia haec inimica.
Ieiunia, dolor capitis, oculi, febres, ulcera, plagae,
Repletus venter, densa aestas balnea vetent,
Nec principiis obsunt, prosuntque minuta.
Cum male te sentis confert, si balnea vites.
CAP. VII. Cibatio.Art. 1. Dispositio ante cibi sumptionem. - Tu numquam comedas, stomachum nisi noveris esse
Purgatum, vacuumque cibo quam sumpseris ante,
Ex desiderio poteris cognoscere certo.
Haec tibi sint signa: subtilis in ore salivae.
Art. 2. Generales regulae cibationis. - Non consuevisti coenam, coenare nocebi,
Res non consuetas, potus, cibos peregrinos;
Pisces et fructus, fuge crebras ebrietates.
Omnem post esum bibere, ne te fore laesum,
Qui possit vere debet haec iussa tenere.
Non bibe ne sitias, et non comedas saturatus;
Est sitis atque fames moderata bonum medicamen,
Si super excedant, important saepe gravamen.
Cures quando bibes sanus post talia vives.
Quandocumque potes, parce post balnea potes.
Quale, quid, et quando, quantum, quoties, ubi recta
Debent haec medico in victus ratione notari,
Ne male conveniens ingrediatur iter.
Coena brevis, vel coena levis fit raro molesta;
Magna nocet medicina docet, res est manifesta.

[Page 451]

O puer ante dabis tibi aquam post prandia dabis.
Omnibus assuetam iubeo servare diaetam,
Approbo sic esse, ni sit mutare necesse,
Ippocrates testis quoniam sequitur mala pestis;
Fortior est meta medicinae certa diaeta,
Quam si non cures, fatue regis et male cures.
Pauperibus sanae sint escae quotidianae.
Coena completa completur tota diaeta,
Ex magna coena stomacho fit maxima poena;
Ut sit nocte levis, sit tibi coena brevis;
Si fore vis sanus sit tibi parca manus;
Pone gulae metas ut sit tibi longior aetas;
Ut Medicus fatur parcus de morte levatur.
Post mensam bis aquam sumas, si forte lavis,
Ren tibi ulceras si tibi fundum non patiaris.
Os extra madefac, dum pluribus associatus,
Si solus fueris poteris interiora lavare.
Art. 3. Cibationes per tempora anni. - Temporibus veris modice prandere iuberis,
Sed calor aestatis dapibus nocet immoderatis;
Autumni fructus caveas ne sint tibi luctus;
De mensa sume quantum vis tempore brunae.

Art. 4. Ordo Coenae. - Proeludant offae, praecludant omnia Coffae:
Dulciter invadet, sed duriter ilia radet.
Spiritus ex vino quem fundit dextra propino;
Sit tibi postremus panis in ore cibus;
Non iuvat a pastu sumpto flagrantior ignis;
Post coenam stabis aut passus mille meabis.
Art. 5. De potu. § 1. Potus ad tuendam valitudinem conferens. - Ut digestiva tibi pocula sint bona vina;
Inter prandendum sit saepe parumque bibendum;
Ut minus aegrotas non inter fercula potes.
Ut vites poenam de potibus incipe coenam;
Singula post ova, pocula sume nova.
Saepe bibendo parum pondus laxas epularum,
Et liquor ipse tibi proderit, atque cibi.
Vina bibant homines animantia caetera fontes;

[Page 452]

Absit ab humano pectore potus aquae.
Omnis homo, primum perposcit nobile vinum,
Inde quod deterius pagina sacra docet.
Sunt nutritiva plus dulcia candida vina.
Si vinum rubeum nimium quandoque bibatur,
Venter stipatur, vox limpida turbificatur.
Vinum lymphatum generat lepram cito potum,
Convenit ergo illud non sumere ni bene mixtum.
Si vis perfecte, si vis te vivere recte
Disce parum bibere, sis procul a venere.
Si tibi serotina noceat potatio vini,
Hora matutina rebibas et erit medicina.
§ 2. Melius vinum. - Gignit et humores melius vinum meliores;
Si fuerit nigrum corpus reddet tibi pigrum.
Vinum sit clarum, vetus, subtile, maturum,
At bene lymphatum, saliens, moderamine sumptum.
Dum saltant atavi patet excellentia vini
Vina probantur odore, sapore, nitore, colore
Si bona vino cupis quinque F plaudentur in illis:
Fortia, formosa, fragrantia, frigida fusca
Vinum spumosum nisi defluat est vitiosum.
Spuma boni vini in medio est in margine pravi.
§ 3. Vinum subtilissimum - Numquam cardiaco cyathum missurus amico.
§ 4. Bona potio. - Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tuta;
Adde rosae florem minuit potenter amorem.
§ 5. Potus aquae. - Potus aquae sumptus fit edenti valde nocivus
Hinc friget stomachus, crudus et inde cibus.
Si sitis est bibe quod satis est, ne te sitis urat,
Quod satis est, non quod nimis est, sapientia curat.
§ 6. Mustum - Provocat urinam mustum, cito solvit et inflat;
Hepatis enfracin splenis generat, lapidemque.

[Page 453]

§ 7. *Cerevisia* - Non sit acetosa cerevisia, sed bene clara,
De validis cocta granis satis ac veterata,
De qua potetur, stomachus non inde gravetur.
Grossos humores nutrit cerevisia, virces,
Praestat, et augmentat carnem, generatque cruorem,
Provocat urinam, ventrem quoque mollit et inflat.

§ 8. *Coffaeum*. - Impedit atque facit somnos, capitisque dolores
Tollere Coffaeum novit, stomachiquo vapores;
Urinare facit; crebro muliebria movit;
Hoc cape selectum validum, mediocriter ustum

§ 9. *Acetum*. - Infrigidat modicum, sed plus dessiccat acetum;
Emaciatque, melancholiam dat, sperma minorat,
Siccos infestet, nervos et pingua siccant.

§ 10 *Liquores e pomo et e piro*. - Iam sua neustriaci iactent pira, pomaque campi
De quibus elicies mustum, calidosque liquores,
Quod si sorbebis pinguescis atque valebis.

§ 11. *Medo*. - O dulcis Medo, tibi pro dulcedine medo,
Pecus mundificat, ventrem tibi medo relaxat.

Art. 6. *Ciborum natura ac vires*. § 1. *Cibi multum nutritivi*. - Ova recentia, vina rubentia, pingua iura,
Cum similia pura, naturae sunt valitura.
Nutrit ac impinguat triticum, lac, caseus infans,
Testiculi, porcina caro, cerebella, medullae,
Dulcia vina, cibus gustu iucundior, ova,
Sorbilia, maturae ficus, uvaeque recentes,
Pane novo, veteri vino, si possit haberi,
Carne frui iuvene, consulo, pisce sene-
Caseus orbatus, panisque recens oculatus
Et pulli stulti, piscesque senes et adulti,
Et vinum saliens, hoc michi conveniens.

§ 2. *Cibi nocivi* - Persica, poma, pira, lac, caseus et caro salsa
Et caro cervina, leporina, bovina, caprina,
Haec melencholica sunt infirmis inimica
Est anserina caro salsa sicut est anatina.
Frixa nocent, elixa favent, assata coercent;

[Page 454]

Acria purgant, cruda sed inflant, salsaque siccant.
Non comedas crustam choleram quia gignit adustam.
Urun res salsae visum, spernamque minorant,
Et generant scabiem, pruritum sive rigorem.

§ 3. *Cundimenta*. - Vas condimenti praeponi debet edenti,
Nam sapit esca male, quae datur absque sale.
Sal primo poni debet, primoque reponi,
Non bene mensa tibi ponitur absque sale.
Sal virus refugat, et non sapidumque saporat.

§ 4 *Bona salsa*. - Salvia, serpillum, piper, allia, sal, petrosillum:
Si bene condantur et aceto confiteantur
Ex his fit salsa, si non sit regula falsa.

Art. 7. *Sapores*. § 1. *Calidi* - Hi fervore vigent tres: salus, amarus, acutus.

§ 2. *Frigidi et temperati*. - Alget acetostis, sic stipans ponticus, atque
Unctus, insipidus, dulcis dant temperamentum.

§ 3. *Dulcis*. - Humectat, lenit, nutrit bene, mundificatque.

§ 4 *Acetosus*. - Dicunt infestat nervos, subtilia siccant.

§ 5. *Ponticus*. - Comprimit, ingrossat, corrugat, thus cito laxat.

§ 6. *Salsus*. - Incidit grossa, penetrat, sed proximus exit,

§ 7. *Unctuosus*. - Lubricat, evellit, repletque, supernatat ore.

§ 8 *Amarus*. - Valde disopilat, confortat pectora, stringit.

§ 9. *Acutus*. - Subtiliat, mordet, calet, urit, grossa resolvit.

Art. 8. *Cibi varii*. § 1. *Panis*. - Panis salsatus, fermentatus, bene coctus,
Purus sit sanus, qui non ita sit tibi vanus
Panis nec calidus, nec sit nimis inveteratus,
Non bis decoctus, non in sartagine frictus,
Sed fermentatusque, oculatus ac bene coctus,

[Page 455]

«Et salsus modice, at frugibus validis electus.
Est omnis vitiosa repletio pessima panis.
Plus panis comedas cum pisce, cum fructibus, herbis,
At cum pane minus, duris sed adhuc minus ovis.
§ 2 *Vippa et Offa*. - Bis duo vippa facit: dentes mundat, dat acutum
Visum, quod minus est implet, minuit quod abundat;
Vippa famem frenat, oculos dentesque serenat,
Et stomachum mundat, sic anhelitum quoque fugat.
Ingeniumque acuit; replet, minuit simul offa.
§ 3. *Furfur et Simila*. - Et cortex parce sint furfura, mixta farinae.
Grossior est simila, subtilior ipsa farina.
§ 4. *Carnes variae*. - Est caro porcina sine vino peior ovina:
Si tribuis vina, tunc est cibus et medicina,
Carnes porcinae cum coepis sunt medicinae
Sunt gallinae, perdicinae et phasianae
Ast hedulinae carnes tibi sunt medicinae.
Sunt nutritivae multum carnes vitulinae.
In medio aestatis caprae caro suavior extat;
Autumno vulpes, passer, ficedula, turdus;
Aestate anguilla et cervus ranaeque cavendae
Pingues sunt bruma gallina, aper, anser, alauda.
§ 5. *Animalium viscera*. - Egeritur tarde cor, digeritur quoque dure,
Similiter stomachus, melius fit in extremitates;
Reddit lingua bonum nutrimentum medicinae;
Digeritur facile pulmo, cito labitur ipse.
Est melius cerebrum gallinarum ac reliquorum
Sed bene turturis, aliud quocunque vitare.
Cessat laus epatis nisi gallinae vel anatis
Dissuadentur edi renes nisi solius haedi;
Splen melancholiam gignit digestivam tibi tollit;
Splen caprae spleneticis estmansus saepe salubris;
Corda cervorum removebit sella dolorum;
Corda suillarum remotio tristitiarum;
Illa porcorum bona sunt, mala sunt reliquorum
Iam nisi natorum defuncta matre suorum
§ 6 *Volatilia sana*. - Sunt bona gallina, capo, turtur, sturna, columba

Quiscula, vel merula, phasianus, ortygometra
Et perdix, frigellus, orex, tremulus, amarellus
Aucha petit bacchum mortua, viva lacum.
Aucha sitit coum mensis, campis acheloum.
O fluvialis anas, quanta dulcedine manas!
Si mihi cavissem, gulae si fraena dedissem,
Febres quartanas non revocasset anas.
§ 7. *Pisces*. - Si pisces molles sunt, magno corpore tolles,
Si pisces duri, parvi sunt plus valituri:
In venerem impellunt pisces, atque omnia Salsa
Hinc est quod pelago dicitur orta Venus,
Lucius et perca, saxaulis et albica, tinca
Gornus, plagitia, cum carpa, galbio, truta.
Grata dabunt pisces hi prae reliquis alimenta.
Vocibus anguillae nimis obsunt si comedantur
Qui physicam non ignorant hoc testificantur.
Caseus, anguilla mortis cibus ille vel illa
Vel cui, vel quibus est ille, vel illa cibus
Ni tu saepe bibas et rebibendo bibas.
Percutitur lepra qui manducat insimul ista.
Non nocet anguilla vino si mergitur illa,
Carnes propositae piscibus tibi sunt evitandae;
Si comedas pisces, cestosae sintque squamosae,
Tractae super aquam mundam, claramque, petrosam,
Et sint bulliti vino cum petroselino.
§ 8. *Ova*. - Si sumas ovum, molle sit atque novum.
Filia consulti iubet hoc pro lege teneri,
Quod bona sunt ova candida, longa, nova,
Haec tria sunt norma, vernalia sunt meliora.
Post ovum bibam medico clam surripio poenam.
§ 9. *Lac*. - Lac ethicis sanum: caprinum post chamaelinum;
Postque iumentinum chamaelinum et post asininum;
Ac nutritivum plus omnibus est asininum.
Plus nutritivum vaccinum sic et ovinum.
Si febriat, caput et doleat, non est bene sanum.
§ 10. *Butyrum*. - Lenit et humectat, solvit sine febre butyrum.

[Page 457]

§ 11. *Serum*. - Incidit atque lavat, penetrat, mundat quoque serum.
§ 12. *Caseus*. - Caseus est frigidus, stipans, grossus, quoque durus;
Caseus ille bonus quem dat avara manus.
Caseus et panis, bonus est cibus hic bene sanis;
Si non sunt sani, non iungito casea pani.
Caseus est nequam quia concoquit omnia sequam.
Ignari Medici me dicunt esse nocivum;
Sed tamen ignorant cur nocumenta feram;
Expertis reor esse raturum, nam commoditati
Languenti stomacho caseus addit opem.
Caseus ante cibum confert; si defluat alvus;
Si post sumatur, terminat ille dapes:
Qui physicam non ignorant haec testificantur.
Ad fundum stomachi dum sumpta cibaria condit
Vim digestivam non minus ille iuvat.
Si stomachus languet, vel si minus appetit, iste
Fit gratus stomacho, conciliansque cibum.
Si sit crustosus, per lucem non oculatus
Eiusdem sic onus dicitur esse bonus
Non argus largus, non Matusalem Madalena
Non Petrus, Lazarus caseus iste bonus.
§ 13. *De leguminibus*. - Pisum laudandum decrevimus ac reprobandum:
Est inflativum cum pellibus atque nocivum,
Pellibus allatis sunt bona pisa satis.
Manducare fabam caveas, parit ille podagram.
Ius olerum, cicerumque bonum, substantia prava
Art. 9. De herbis edulis. § 1. *Olera veris*. - Omne virens vere tibi dicitur esse salubre;
Maxime betonica, lactuca, spinachia, radix,
Lupulus et caules petrosillo iunge lapasses.
§ 2. *Olera aestatis* - Blitus cum bleto, violaria crivolacanna,

[Page 458]

Atriplices, malvae, lactucae, portuque laccae.
Sunt apium, rapa, sic basia, pastique naca
§ 3. *Olera hibernia*. - Nastur sub bruma, cererolia petroselina;
Neptam, cretanos, cum caepris addito porros.
§ 4. *Olera autumnii*. - O borrago bona! tam dulcia sunt tua dona!
Dicít borrago: gaudia semper ago.
Cardiacos aufert borrago gaudia confert.
§ 5. *Rapa*. - Rapa iuvat stomachum, novit producere ventum,
Provocat urinam, faciens in dente ruinam.
Si male cocta datur hinc enfraxis generatur
Si male plena datur tibi torsio sic generatur.
Radix rapa bona est comedenti dat tria dona:
Visum clarificat, ventrem mollit, bene bombit.
Ventum saepe rapis, si tu vis vivere rapis.
§ 6. *Caulis*. - Ius caulis solvit, cuius substantia stringit,
Utraque quando datur, venter laxare paratur.
§ 7. *Beta vel Cicla*. - Cicla parum nutrit, ventrem constipat, et eius
Coctio si detur, ventrem laare videtur.
§ 8. *Lactuca*. - Lac lactuca facit, scotosim, spermamque minorat;
Semine pollutos iuvat; sacro convenit igni.
Lactuca cibus frigidat hominum bene corpus
Et ventrem laxat, ut sic somno requiescat.
§ 9. *Pastinaca*. - Pastinaca parum nutrit, quoniam sub acuta,
Confortat coitum, nec est ad menstra muta.
Quod pastum tribuat, est pastinaca vocata,
Namque cibum nullae radices dant meliorem.
§ 10. *Spinachia*. - De cholera laeso spinachia convenit ori,
Et stomachis calidis huius valet esus amari.
§ 11 *Apium* - Humores apium subito totius adiuvat

[Page 459]

Corporis et capitis, vulvae; pueris epilen. dat.
§ 12. *Blitus* - At blitus generat humores convenientes,
Irrorat phthisicos et compescit sitientes.
§ 13. *Cycorea*. - Intuba, salsequium, cycorea, sponsaque solis.
§ 14. *Allia*. - Allia qui mane ieiuno sumpserit ore,
Hunc ignotarum non laedet potus aquarum,
Nec diversorum mutatio facta locorum.
Allia foetorem pellunt, variantque colorem,
Clarificant raucam cruda coctaque vocem.
§ 15. *Cepa*. - De cepis Medici non consentive videntur:
Fellitis non esse bonas, inquit Galienus,
Flegmaticis vero multum dicit esse salubris.
Nam modicus sanas Asclepias asserit illas.
Praesertim stomacho, pulchrumque creare colorem;
Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si tritae cum melle prius fuerit et aceto.
Contritis cepis loca denudata capillis
Saepe fricans, capitis poteris reparare decorem.
§ 16. *Porrus*. - Reddit foecundas mansum persaepe puellas;
Illo stillantem poteris retinere cruorem,
Unges si nares intus medicamine tali.
Art. 10. De fructibus. § 1. *Nux* - Post pisces nux sit, post carnes caseus adsit,
Unica nux prodest, nocet altera, tertia mors est
Iudico de nucibus plus valet una tribus.
§ 2. *Pyra et Poma*. - Adde pyro potum; nux medicina veneno.
Fert pyra nostra pyrus, sine vino sunt pyra virus;

[Page 460]

Si pyra sunt virus, sit meledicta pyrus.
Si coquis antidotum pyra sunt, sed cruda venenum.
Cruda gravant stomachum, relevant pyra cocta gravatum;
Post pyra da potum; post poma valde cacandum.
Omnia mala mala, praeter Appia Salernitana.
Quando cupis pomo de vertice duc peryzoma,
Quando carpis pyra, tunc primo de vertice gira;
Tolle peripsimam, post ede pulpam, sperne arullam.
Persica, pyra, poma cum corticibus sunt meliora.
§ 3. *Cerasum*. - Cerasa si comedas tibi confert haec tria dona:
Expurgat stomachum, nucleum lapidem tibi tollet,
Et de carne sua sanguis eritque bonus.
§ 4. *Pruna*. - Infrigidant, laxant, sedantque sitim tibi pruna.
§ 5. *Mora*. - Mora sitim tollunt, recreant cum faucibus uvam.
§ 6. *Persica, passula, uva*. - Persica cum musto vobis datur ordine iusto
Sumere. Sic est mos nucibus sociando racemos.
Passa nocet spleni, tussi valet est bona reni.
Utilitas uvae sine granis et sine pelle:
Dat sedare sitim iecoris, choleraeque calorem
§ 7. *Ficus*. - Pectus lenificant ficus, ventremque relaxant,
Seu dentur crudae, seu cum fuerint bene coctae.
Nutrit et impinguat varios curatque tumores.
Scrofa, tumor, glandes, ficus cataplasmate cedunt;
lunge papaver ei, confracta foris trahit ossa;
Pediculos, veneremque facit, sed cuilibet obstat.
§ 8. *Mespila, Aescula*. - Multiplicant mictum, ventrem dant mespila strictum;
Mespila dura bona sunt, sed mollia sunt meliora.
§ 9. *Granatum*. - Sudorem profert granatum, lenit et alget.
Psidia granati cortex, balausti flos est.
§ 10. *Glans castanea*. - Ante cibis stringunt, post glans castanea solvunt.

[Page 461]

PARS SECUNDA. - MATERIA MEDICA. CAP. I. De simplicium virtutibus. § 1. *Abrotanum*. - Abrotano crudo stomachi purgabitur humor
Confortat nervos et causas pectoris omnes
Serpentes nidore fugat, bibitumque venenum.
§ 2. *Absinthium*. - Aurium depellit sonitum cum felle bovino;
Obstat pestiferae cum vino sumpta cicutae.
Nausea non poterit quemquam vexare marina
Antea commixtam vino qui sumperit istam.
§ 3. *Acedula*. - Omne genus fluxus Acedulam stringere dicunt;
Qui portat secum non punget scorpius ipsum.
§ 4. *Agaricus*. - Pectus flegmaticum solvit, pellitque venenum;
Prodest pulmoni, splenis solvitque tumores,
Febribus occurrit, sic prodest sumpta venenis.
§ 5. *Agrimonia*. - Sciaticis simul ac oculi sanantur humore:
De collo scrophulas maculas haec unguine curat.
§ 6. *Aloes*. - Vulnere dessiccat aloes, carnemque creat et aufert
Praeputii cancrum, cilia cum melle nigrorem;
Auriculas, oculos, caput et linguam bene purgat,
Confortat stomachum, iuvat ictis, hepar reparabit,
Canitiem prohibet, sed solus viscera laedit.
§ 7. *Altea*. - Alteam malvae speciem nullus negat esse:
Ipsas scrophas, lapidem partum, mammasque minorat,
Iuncta mero, dentes iuvat acri condita vino.
§ 8. *Ambrosia*. - Ambrosia fugiunt mala mortua, fistula, cancer.

[Page 462]

§ 9. *Anetum*. - Anetum ventos prohibet, minuitque tumores,
 Ventres repletos parvis facit esse minores.

§ 10. *Anisum*. - Emendat visum, stomachum confortat anisum,
 Copia dulcoris anisi sit melioris.

§ 11. *Anthos id est Rosmarinus*. - Confortat stomachum, tolit nocumenta tenasmmum:
 Anthos exhilarat, membra sapore iuvat.

§ 12. *Aristologia*. - Plinius bene formare mares cum carne bovina;
 Quidlibet inflexum super addita trita repellit;
 Demonium fumus depellere dicitur huius;
 Singultus sumpta sedare dicitur illa.

§ 13. *Armoniacum*. - Splenis armoniacum retinacula solvit, et eius
 Duritiem; vermes, urinas, menstrua ducit;
 Adde nitrum cum melle, scrophas dispergit et aurert.

§ 14. *Arthemisia* - Urinas potata iuvat, lapidem tibi tollit,
 Pellit abortivum potu vel subdita tantum,
 Trita super stomachum viridis et ponitur herba.

§ 15. *Atriplex*. - Atriplex fertur modicum nutritibilis esse,
 Dat vomitum sumpta, renes curat ex se.

§ 16. *Betonica*. - Si de betonica viridi sit facta corona
 Circa serpentes, ut Plinius asserit auctor,
 Audebunt nunquam positam transire coronam,
 Sed morsu proprio pereunt et verbere caudae.
 Restrigit lacrimas oculorum mensa vel hausta.

§ 17. *Buglossa*. - Vim memorem cerebri dicunt servare periti
 Vinum potatum quo sit macerata buglossa;
 Laetos convivos decoctio reddere fertur.

§ 18. *Bolus*. - Est bolus ad pestes, remollit in inguine testes.

[Page 463]

Sed si sumis eum studeas sociare lyeum

§ 19. *Camphora*. - Camphora per nares castrat odore mares

§ 20. *Cannella*. - Vera cannella tibi plurima dona reportat,
 Mentem, hepar, pectus, vocem, praecordia firmat,
 Innaturalem tollit de corde tremorem.

§ 21. *Capillus veneris*. - Esse Capillatus veneris facit esse capillos
 Veterique spleni, scrophulis, lapidique medetur

§ 22. *Capparis*. - Capparis enfraxes hepatis splenisque resolvit,
 Fortiter a stomacho, si sunt superflua, tollit.
 Cyperus os sanat, hepar; capparis splenem
 Cogit, et astrictos urinae laxat amictus.

§ 23. *Carvi*. - Urinare facit carvi, ventosque repellit,
 Lumbricosque necat, digestivamque reformat.
 Dum carvi carui non sine febre fui.

§ 24. *Cassia*. - Ori foetenti, stomacho, cordique dolenti
 Cassia, cardiacis commoda multa facit.

§ 25. *Centaurea*. - Centaurea iuvat nervos, pectusque, secundas
 Educit, et vulnus solidat, visus meliorat;
 Incisas carnex radix contrita resarcit.

§ 26. *Cerefolium*. - Adpositum cancris tritum cum melle medetur;
 Cum vino potum lateris sedare dolorem.
 Saepe solet, tritam si nectis desuper herbam
 Saepe solet vomitum, ventremque tenere solutum

§ 27. *Chelidonia*. - Coecatis pullis hac lumina mater hirudo.
 Plinius ut scribit, quamvis sint eruta, reddit.

§ 28. *Cinnamomum*. - Cinnamomum mane comaestum repellit odorem;

[Page 464]

Foetorem mitigat si quemque laeserit ipse,
Alleviat mentem, tribuit semper bene sensum,
Dat bene calorem et auget semper amorem,
Alleviat mentem sic et praecordia purgat.
§ 29. *Coriandrum* - Si tria grana voret coriandri seminis aeger
Evadet febrem cui dat lux tertia nomen.

Xenocrates dicit totidem cessare diebus
Menstrua, quot mulier coriandri grana vorabit.
Confortat stomachum, ventum removet coriandrum,
Et quod restringit humorum fluctus amandum.

§ 30. *Crocus* - Confortare crocus dicitur laetificando,
Membraque delecta confortat hepar reparando
Crocus comaestus pulchrum dat semper odorem,
Omnem foetorem tollit, et pellit amorem

§ 31 *Cuminum* - Confortant stomachum, coitum, et mingere cogit;
Enfraxes hepatis reserat et menstrua stringit
Ventosum stomachum tibi tranquillatque cuminum,
Et dat pallentem permansum saepe colorem.

§ 32. *Enula*. - Enula campana reddit praecordia sana,
Cum succo rutae si succus sumitur huius,
Affirmant ruptis nihil esse salubrius istis.

§ 33. *Esula, Linaria, Cataputia, Anabula*. - Esula laetescit, linaria lac dare nescit:
Esula radices praestat, cataputia semen,
Sed lac et fustes medicis anabula ministrat.

§ 34. *Faba*. - In mammis faba lac spargit, mollitque capillos;
Sistit eum fluxum quem facit hirudo cruoris.
Mitigat arthritim cocta cum lymphā dolorem.

§ 35. *Foeniculus*. - Semen cum vino sumptum veneris movet actus,

[Page 465]

Atque senes eius gustu iuvenescere dicunt.
Hic quoque pulmonis obstat iecorisque querelis.
Semen foeniculi fugat et spiracula culi

§ 36. *Foenugraecum*. - Ad grossos flegma foenugraecum cura salubris.

§ 37. *Furfur*. - Ulcera cum scabie furfur bene mundat aceto,
Cum vino, valet ulceribus cum lacte coacto.

§ 38. *Galanga*. - Flegmonem stomachi sumptum galanga resolvit;
Vim digestivam iuvat, colicisque medetur,
Oris non modicum mansum confortat odorem.

§ 39. *Galla*. - Galla negat fluxum matricis sistit et ani
Ulcera tumque pedum, labiorum vulnera sanat.

§ 40. *Gariophilus*. - Gariophilus suptus mane caput bene purgat,
Et fervorem capitis inflicti deprimit idem,
Humores siccat et auget cordis amorem,
Alleviat caput cerebro praestatque levamen
Addet et somnum, confortat utique caput.

§ 41. *Helleborus*. - Pultibus admixtus pulvis mures necat eius,
Et cum melle datus est muscis perniciosus;
Hydropisin, tetanum, lepram fugat atque podagram.

§ 42. *Hyssopus*. - Hyssopus est erba purgans a pectore flegma;
Ad pulmonis opus cum melle coquatur hyssopus;
Vultibus eximium fertur praestare colorem.

§ 43. *Luniperum*. - Luniperi grana pectus comaesta reformant,
Et tussim nimiam sedant atque inveteratam;
Expellunt seduli semper de carnem venenum,
Et prosunt capiti carbonibus ista proiecta.

§ 44. *Lapathum acutum*. - Pruritus mordax, scabies hypocratice cedunt,
Eius saepe tepens si coetio gargaritur,
Uvas sedabit, dentis tundetque dolorem.

[Page 466]

§ 45. *Levistica*. - Hepar opilatum frigore levistica quaerunt,
Torsio ventosa, medicina, menstrua clausa.

§ 46. *Lilium*. - Praecisis nervis cum melle, combustaque membra,
Vultus deducit rugas, maculas fugat omnes

§ 47. *Liquiritia*. - Sit tibi contenta liquiritia pulverulenta:
Pectus, pulmonem, venas refovendo rigabit;
Pellit namque sitim, stomachi nociva repellit,
Spirituum cunctis sic subvenit ipsa strumentis.

§ 48. *Lupinus*. - Lumbricos vermes mundat cinis faexque lupini.
Lympha pilos vellit, atque redire negat,

§ 49. *Malangia*. - Semen naturae melangia fertur acutae,
Et choleram nigram viri non reddere pigrum.

§ 50. *Malva*. - Dixerunt malvam veteres quod molliat alvum;
Malvae radices rasae deducere faeces,
Vulvam moverunt et fluxum saepe dederunt.

§ 51. *Marathrum*. - Bis duo dat marathrum, febres fugat atque venenum;
Expurgat stomachum; lumen quoque reddit acutum;
Urinare facit, ventris flatusque repellit.

§ 52. *Mentha*. - Mentitur mentha, si sit depellere lenta
Ventris lumbricos vermes stomachique nocivos.

§ 53. *Muscata*. - Balia muscata confortat debilitata
Corda, iuvat stomachum, scotomiam tollens oculorum.

§ 54. *Myrrha*. - Myrrha iuvat pectus, matricis vasa, caputque
Ascaris et stachesis, fistula tecta perit.

§ 55 *Myrobalanorum vires*. - Myrobalanorum species sunt quinque bonorum: ,
Citrinus, kebulus, belliricus, emblicus, indus.
Primo trahit choleram citrinus, flegma secundo,

[Page 467]

Kebulus vel contra, belliricus, emblicus acque,
Illud et hanc nigrae colore niger imperat indus.

§ 56. *Nasturtium*. - Nasturtii succus crines retinere fluentes
Illitus asseritur, dentisque levare dolorem,
Et squammas succus curat cum melle perunctus.

§ 57. *Nenufar*. - Nenurar canos reddit, hepar bene reserat alvum.

§ 58. *Nigella*. - Cancros emundat, pascentia vulnera curat,
Cum raphano modicoque salis superaddita trita;
Tenias et lepras curam compescit eadem.

§ 59. *Papaver*. - Menstrua, morphaeam, visum, papavere, cura.
Dente minuta trahit radix, de nare cruorem.

§ 60. *Paconia* - Si iungantur ei violenter amygdala trita,
Splen, iecur et renes cum mulsa sumpta iuvabit;
Ipse Dioscorides cunctis ait esse caducis
Aptam, si bibitur vel si suspenditur ipsa.

§ 61. *Pinea*. - Tussim, ephimeras, ethicam tibi pinea tollit:
Mascula plus tussi valet, et passiva diarrhaeae.

§ 62. *Piper*. - Piper de mane comaestum purgat aegrotum
Humores tollit de corpore male comaestus,
Dat bene calorem, pravum depellit odorem,
Est humidum certum sic sanum debet esse.
Quod piper est nigrum non est dissolvere pigrum,
Flegmata purgabit, digestivamque iuvabit.
Leucopiper nervis, stomacho, tussisque dolori
Utile, praeveniet scotosim febrisque rigorem.

§ 63. *Plantago*. - Hepar cum parit plantago stiptica dum sit
Prodest ernoptocycis, sacrumque coercet et ignem.

§ 64. *Portulaca*. - Portulaca caput iuvat, dentisque stuporem
Curat, et ardorem matricis, vulnera renum.

[Page 468]

§ 65. *Prassium*. - Pectoris haec varios compescit potio morbos;
Accelerat partus eadem, pellitque secundas
Dicitur haec eadem lateris sedare dolorem.
§ 66. *Pulegium*. - Cum vino choleram nigram potata repellit;
Adpositam viridem dicunt curare podagram;
Et quosvis alios solet emendare tumores.
§ 67. *Pyrethum* - Masticet patiens vel gargarizetur aceto,
Hoc modo tumidam reprirnit a flegmate linguam,
Et collo pensum poterit prodesse caducis.
§ 68. *Rhamnus*. - Lepra, lapis, panni, lupus intereunt ope rhamni.
§ 69. *Rheubarbarus*.
Rha partes laxas firmat hepar reparando
§ 70. *Rosa*. - Curat haemorrhoidas rosa, semine, cortice demptis;
Gengivas, colicam, capitis iuvat ipsa dolentes.
§ 71. *Rubus*. - Styptica sunt folia rubi, ventremque fluentem
Continent, et fluxum etiam stringunt muliebrem.
§ 72. *Ruta*. - Nobilis est ruta, quia lumina reddit acuta;
Auxilio rutae, vir lippe, videbis acute.
Ruta comaesta recens oculos caligine purgat;
Ruta viris coitum minuit, mulieribus auget;
Ruta facit castum, dat lumen et ingerit astum;
Cocta facit ruta de pulcibus loca tuta.
§ 73. *Salix*. - Auribus infusus vermes succus necat eius;
Cortex verrucas in aceto cocta resolvit;
Huius flos sumptus in aqua frigescere cogit
Instinctus veneris omnes, acres, stimulant; Et sic desiccat ut nulla creatio fiat;
Pomorum succus, flos partus destruit eius.
Vulnera frondes eius valent solidare cruenta.

[Page 469]

§ 74. *Salvia*. - Cur moriatur homo cui salvia crescit in horto?
Contra vim mortis non est medicamen in hortis.
Salvia confortat nervos, manuumque tremorem,
Tollit, et eius ope febris acuta fugit.
Salvia salvatrix, naturae conciliatrix;
Salvia dat sanum caput et facit hoc adrianum.
§ 75. *Sambucus* - Lumbros ascarides sambuci sunt perimentes;
Sambuci flores sunt sambuco meliores
Nam sambucus olet, flos redolere solet,
Et stomachum mollem reddunt vomitum facientes.
Frondes appositae possunt auferre tumorem.
§ 76. *Sarcocolla*. - Sarcocolla tenet lacrymas fluxumque cruoris
Vulnura carne replet, lacrymas depellit ocelli.
§ 77. *Scabiosa*. - Fert scabiosa pilos, verbenaque non tenet illos.
Urbanus per se nescit pretium scabiosae:
Confortat pectus, quod deprimit aegra senectus;
Lenit pulmonem, tollit laterumque dolorem;
Vino potatur et sic virus evacuatur;
Rumpit apostema leniter: ratione probatur;
Emplastrata foris necat anthracem tribus horis
Languorem pecudum tollit, dirimitque venenum.
§ 78. *Siler*. - Siler montanum non sit tibi sumere vanum:
Dat lumen clarum quamvis gustu sit amarum,
Lumbricosque necat, digestivamque refortat.
§ 79. *Solatrium*. - Hepar amat solatrium, sed apostasis illud abhorret,
Si careat, stringit; menstrua clausa ciet.
§ 80. *Sparagus*. - Augmentat sperma sparagus, colicoque dolori
Subvenit, in motoque denti convenit ori.
§ 81. *Spodium*. - Si cruor emant spodium sumptum cito sanat.
§ 82. *Squilla*. - In quibus est squilla loca devitat lupus illa;

[Page 470]

Squilla iuvat fluxum, valet ictericis et hydropi,
Fissurasque pedum sola reperta iuvat.
§ 83. *Sinapis*. - Est modicum granum siccum calidumque synapi;
Dat lacrymas, purgatque caput, tollitque veneum.
Esca mihi napi sunt bona, suntque synapi.
Synapis oculis, pectoribus allia prosunt.
§ 84. *Trarabe vel Carale*. - Quum sit eroticus trarabe, bene noscit amicus.
§ 85. *Thus*. - Thus videt et memorat; flegma necat; medicatur
Ulcera, fissuras, verrucas; falsataque linguae,
Atque puellares fluxus mammasque coercet.
§ 86. *Urtica*. - Pacat et insomnes pacans urtica, vomentes;
Illius semen colicis cum melle medetur;
Compescit tussim veterem si saepe bibatur,
Pellit pulmonis frigus, ventrisque tumorem
Omnibus et morbis ea subvenit articularum.
§ 87. *Viola*. - Crapula discutitur, capitis dolor atque gravedo
Purpuream dicunt violam curare caducos,
Praecipue pueros si mixto sumitur amne.
Aegris dat somnum vomitum quoque tollit et esum.
§ 88. *Virga pastoris*. - Virgula pastoris tenet omnia fraena cruoris,
Est medela foris ficus, capitisque doloris.
§ 89. *Zeduar*a. - Zeduar ante datum morbum fugat inveteratum,
Et pectus purgat, stomacho fastidia tollit;
Expellit flegma, constipatam digerit escam.
Si post sumatur bene digerit et sonat aegrum:
Postque datum mollit ventrem, fastidia tollit:
Tu me semper ama, quum tibi do Zeduar.
§ 90. *Zinziber*. - Algores stomachi, thoracis, renibus aufert;
Idem conditum solamen zinziber affert.
Zinziber mane comaestus pectus bene purgat,

[Page 471]

Mollificat pectus, renum flegmaque repellit,
Clarificat visum zinziber saepe comaestum,
Humores siccat cruorem de corde repellit,
Auget calorem stomacho sic digerit escam.
Zingiber expurgat stomachum, cerebrumque reformat;
Atque sitim pellit, iuvenes quoque cogit amare.
§ 91. *Epilogus*. - Herbae dum florent sumant quod sumere debent;
Si desunt flores radices sumere debes;
Semen, fructus, olus, pecodes, lac, ales et orum
Deficient, autumnus fructus funera praestant.
CAP. II. Pharmaceutices. - Art. 1. Nomina medicamentorum. - Dicitur emplastrum quaevis confectio dura;
Tunc embrocamus cum membra liquore roramus;
De pannis madidis fit fomentatio sola;
Estque synapsisma superunctio pulvere solo;
Quaevis aposema decoctio fertur acerba,
Ex cataspassa cum sessio fit super herbas;
Si fumum recipis sit fumigatio dicta;
Sacellatio fit cum sacco iure repleto;
Fertur epithema de succis unctio sola;
Sed cataplasma facis cum succum ponis et herbam;
Potio syrupus, ut dicit arabs, vocitatur;
Nomen ex electis capit electuarium speciebus;
Conficitus pulvis ex siccis fit speciebus;
Antidotum plures species sed dicere debes;
Ex opio vel ope dici debent opiatae;
Oximel est trinum: simplex, squillae, diureticum;
Oximel in morbis confert ex frigore natis;
Mel melius quod vernale fit, dulceque, spissum,
Quod rubet ut aurum, melius resudens prope fundum.
Art. 2. Compositio medicinae. - Est simplis duplas vires tollunt medicinis
Has componendo cur additur aut minus aut plus,
Et quod sit in ea basis, vel quid reponendum,
Et quod in basi sit basis, quid quaerit habere,
Si contentus ea, si non ponas nocitiva;
Ipsam conforta tollens, reprimens nocitura.

[Page 472]

Art 2. *Antidota, Electuaria et aliae Compositiones.* - § 1. *Aurea Alexandrina.* - Aurea quae datur capitis dolor alleviatur,
 Ac infestivos morbos fugit et nocivos,
 Ergo secure sumatur condita pure,
 Ut cognoscatur his subscriptis recitatur.
 Renes de reuma lapis, caput algida matrix
 Vis apoplexiae, disuria, tethaneusque,
 Haec si quem laedunt tibi funditus, Aurea, cedunt.
Aurea quando datur, caput a languore levatur.
 § 2. *Adrianum.* - In desperatis morbis gelidis quoque praeprimis,
 Omnibus et morbis quibus Aurea des Adrianum,
 Offensae lucis caligo, dolor capitalis,
 Causa melancolici, renum pressura doloris,
 Delirium capitis, stomachi yeronoxa tumoris,
 Stranguriae, splenis tumor, algentis hepatisque,
 Si laedat, sanum faciens fugat haec Adrianum.
 Curat quartanam si sumpserit hoc *adrianum*;
 § 3. *Athanasia.* - Fluxum constringit ventris, muliebria sistit,
 Sanguinei sputi causas abstergit et undas,
 Fortiter exiccat athanasia sanguine nares,
 Sanguineum fluxum, guttam, capitisque dolorem,
 Athanasia iuvat diabethen vel gonorrhaeam.
 Et dissenteriae potus iuvat *athanasia*.
 § 4. *Acharistum.* - Sanat acharistum tusses et asthma, catarrhum,
 Arthriticum fluxum ventris frigore enatum,
 Fluxus emoptoicus, artus dolor, et quod aegrotum,
 Frigore constrictum penitus fugavit aetharistum.

[Page 473]

§ 5. *Alchalcolon.* - Ictericos procurat epar confortat acutum,
 Mitigat et tussim, minuit tenebras oculorum,
 Defectum colore profert Alchalcolon auris.
 § 6. *Antimoron.* - Prodest *anthera* cerebro fortissima *yera*;
 Antimoron delicta uvae, nephresin, cephalaeam,
 Offensam stomachi, matricis damna, podagra
 Stringit, et extantes emundat in ore procellas.
 § 7. *Anthera.* - Prodest *anthera* cerebro fortissima *yera*;
 § 8. *Alipta.* - Extirpans asma fragrans succurrit Alipta
 Rigidis asmaticis, pueris lactique vomendo
 Convenit, et stricto thoraci fumus aliptae
 Ipsius antidota substantia cara subintrat.
 § 9. *Apostolicon* - Usus apostolicon ferrum trahit, et violat novum,
 Mitigat vitiatum, fugat ex humore dolorem
 Vulneris, et gracilis ex hoc fit grossa cicatrix.
 § 10. *A rrogon.* - Tetaneum tetanum, spasmus arthriticum, mala renum,
 Yliacam, tormenta sciae, capitisque dolorem
 Arrogon ista fugat, loca fervida si iis inungatur.
 § 11. *Antidotum.* - Antidotum detur emagogon menstruis atque
 Educitur sanguis, matrix purgatur ab ipso,
 Provocat urinam, frangit lapidemque vericae,
 Stranguriam sanat, ventre utrum trahit contra,
 Reliquias purgat partus donando salutem,
 Epatis enfraxin sanat pellem durumque mollit,
 Sanat flegma, stomachum confortat et illud
 Non medicamentum mulieribus aptius illo.
 § 12. *Blanca.* - Ancantum dicas quia albos purgat humores,
 Antiquum capitis oculi sanatque dolorem;
 Lippam, paralisim sanat, morbumque caducum,
 Ydropisin, tineam, phtisim, splenem, cephalaeam,
 Nervi defectum, lippos oculos, yeranoxam,
 Conservat blanca iusto moderamine sumpta.
 § 13. *Benedicta.* - Arthriticam guttam sanat fractamque podagram,

[Page 474]

Et renes flores et vesicam benedicta,
Ulcera pedum, vesica dolens, dolor articularis,
Regnans in rene gravitas cedunt benedictae.
Flegmam non fictae pellit dosis *Benedictae*;
§ 14. *Catholicon*. - Vomitus triteo portat confectia, Copho
Expellit cholera, constrictum solvere ventrem,
Dicta satis tute febris succurrit acutae.
§ 15. *Ceroneum*. - Invadens spathulas, pectus, dolor algidus, acris
Durtias splenis minuit calore remisso,
Algens ydropisis, torpescens frigore matrix
Cedunt ceronio si membro ponitur aegro.
§ . 16. *Diacodion*. - Ad ventris fluxum confert diacodion, usum.
§ 17. *Daicalamentum*. - Pectoris algore confert, tussique senili,
Sanat quartanam cui nomen dat calamentum,
Abstergit vomitus digestionem iuvat et aufert
Rheuma, phthisim, proprium reddit ori colorem.
§ 18. *Diarrhodon*. - Ictericis, ethicis, hepatis fervore perustis,
Cardiacis calidis confert diarrhodon istis,
Quem phthisis consumit *diarodonille* resumit.
§ 19. *Diamargariton*. - Laetificat cor, confortat stomachum, iuvat et vitat
Cardiaca nomen cui margarita ministrat.
Pellit cardiacam *diamargaritoninunctam*;
§ 20. *Diapenidion*. - Pulmonis vitium, rauco sicca maligna
Si tibi phthisis adest diapenidion tibi prodest.
§ 21. *Diasatyrium*. - Lascivos motus veneris perducit in usus,
Lumborum motus eleganter adiuvat usus,
Quod satyris aptum nomen redolet satirorum.
§ 22. *Dianthos*. - Tristes, cardiacos, macilentos, debilitatos,

[Page 475]

Vim chronici morbi reparat, sanatque dianthos
§ 23. *Diaciminum*. - Reuma, phthisim, veteris quartanae frigora febris
Pectoris algorem, stomachi delicta relegat,
Cui nomen proprium confert ex parte ciminum.
§ 24. *Diaprunis*. - Causonicis sinochicis et caumatibus peracutis
Stranguriae vitium tollit, tibiaeque dolorem,
Frigida membra iuvat, paralitica lumina mundat,
Utilis est usus in infirmitatibus his diaprunis.
Cauma febris placat *diaprunisac* bene sedat;
§ 25. *Diacastoreum*. - Pillula castorici laxando commoda danti,
Luxuriam, sitis extinguit, vomitus fugat, aufert.
Nervi defectus, cephalaea nocens, yeronoxa,
Enfraxis splenis hepatisque, repletio renum,
Vertigo capitis, somnusque lethargicus, haec sunt
Quae dyacastoreum depellens liberat aegrum.
§ 26. *Diacitoniton*. - Constipat stomachum, ventrem cui coctana nomen.
§ 27. *Diatesseron*. - Argentem febrem matricis frigiditatem.
Latrantis morsum canis, antracisque venenum
Reptilium virus pellit diatessaron usus.
§ 28. *Diaolibanum*. - Constringit fluxum diaolibanum lacrimarum,
Et capitis vitium depellitur huius ad usum,
Ac *diaolibanum* cerebro dat regere sanum.
§ 29. *Diacostum*. - Algens hydropicis, inflati passo splenis,
Si noceant aegro cedunt penitus diacosto.
§ 30. *Diasene*. - Tristem cardiacum phantasma melancholicorum,
Splenem, cardiaci vitium sanat diasene.
§ 31. *Diadragagantum*. - Extirpat phthisis, tussis, epatisque calorem,
Pulmonis vitium, cui nomen dat diadragagantum.
Et tussi stricte phthysi *diadragagantum*;

[Page 476]

§ 32. *Diacameron*. - Quod cameron nomen denominat asthma, dolorem
Depellit renum, prosternit debilitatem
Artheticae, phtisim, tussim, stomachique relegat.
§ 33. *Diamoron*. - Reuma labentes diamoron sublevat omnes
Exiccans uvam guttur iuvat atque palatum.
§ 34. *Diaprassium*. - Pectus mundatur *diaprassium*si capiatur;
§ 35. *Diayris*. - Effugiunt una diayri, tussis et asthma,
Et simul abscedit si frigida devia laedit.
§ 36. *Dialtea*. - Pectoris et splenis morbos Dialtea pellit,
Durities omnis membri solvendo repellit.
§ 37. *Esdra*. - Alleviat partum frigidum, fugat esdra timorem,
Corrigit afflictos stomachi, laesam iuvat aurem,
Diminuit virus motivo munnre spasmos,
Latrantis rabidi depellit iura nocendi.
§ 38. *Electuarium Ducis*. - Electuarium Ducis antidotum succedit in usum,
Calculus exteritur, recedit violentia fumi
Ventosi, digestivae etiam prosternitur error
Virtutis, gravis iliaca vis desinit esse.
§ 39. *Euperiston*. - Menstrua, rheuma, calor nocuus, asthmaque, podagra,
Salsi poena, sciae, phtisis, lithargicus error,
Artheticae torpor, oculi cerebri dolor, albor.
Splenis, vertigo capitis, raucedo, nociva
Frigiditas stomachi, peripleumonia, screatus
Sanguinis ut cesset euperiston tibi praebet.
*Euperiston*amat quae propter menstrua clamat;
§ 40. *Electuarium de succo rosarum*. - Antidotum succi symptomata noxia salsi
Flegmatis expellit ferventis, tormina pellit
Arthetici, cura placida est medicina rigoris.
§ 41. *Esula*. - *Esula*emixtura paralisis maxima cura.

[Page 477]

§ 42. *Gallia musta*. - Utilis antidotis cutis aurisque doloris,
Argentique febris capiti gelido yeranoxae,
Vincit apostema compactum Gallia musta.
§ 43. *Gariophilatum*. - Proscribit ructus acidus et paectoris aestus,
Pressuras aperit, digestivam reparando
Ventris virtutem cui dat gariofila nomen.
§ 44. *Hiera Galieni*. - Luminibus, capiti, matrici, renibus, auri,
Vesicae, spleni hiera portat opem Galieni.
§ 45. *Hiera Ruffina*. - Serpigo, scabies, a salso flegmate labes,
Lepra quae proprium nomen capit ac elephante,
Morphaea, quae maculat faciem, quae corpora foedat,
Hae sunt, Ruffine, credas nocumenta ruinae.
Ruffini yeraleprae mundatio vera.
§ 46. *Hiera Constantini*. - Quam Constantinos tribuit purgat hiera visus.
§ 47. *Hiera Abbatis*. - Nomine notitiam tibi dat hiera mira, guttam
Diluit et choleram purgat, cum flegmate nigra
Destruit algentem nervorum debilitatem,
§ 48. *Hygia*. - Hygia gingivae depellit rheuma, dolores
Ventris diminuit oculorum nubila solvit
Ygia fit denti medicina maxima patienti.
§ 49. *Compositio hydromellis*. - Tertia pars mellis iungatur partibus octo
Lymphae, coniunctis decoctum fit hydromellis.
§ 50. *Iustinum*. - Si nimium mingit, si corrumpat tibi lumbos
Calculus, yliacae si plecteris gravitate,
Utere iustino quod prodest strangurioso.
§ 51. *Hidrocopion*. - Oppresso triteo valet Idrocopion aegro
Frigora quartanat fugat et mala quotidianae.
§ 52. *Imperiale*. - Pesti verrucosae stomacho valet Imperiale,
Yliacae vires elevat et absque dolore,
Consumit pingues, fervorem sanguinis aufert,
Et bene valet constrictos solvere ventres.

[Page 478]

§ 53. *Lithontripon*. - Pertundit lapidem lithontripon et fugat omnem Iliacae causam, renum portans medicamen.

Cui ren aegrotet *lithontripon* hic bene potet.

§ 54. *Mitridatum*. - Mitridatum vitium capitis quod procreat algor

Extinguit, confert timidis et sata medetur,

Causa melancholicis, oculis lacrimantibus, auris

Succurrit vitio malae mala mitigat aegrum,

Evellit cani dentes mortale venenum,

Dissolvit pestis quartanae frigora, laxum

Constipat ventrem quem cocta balaustia firmat.

§ 55. *Musae aenea*. - Si tibi quartana nocet hanc fugat aenea Musa,

Cotidiana ruit, redit interrupta facultas

Mingendi, sudor vitam pronunciat aegro.

Musafacit sanae febris data quotidianae;

§ 56. *Mel rosatum*. - Cum calida stomachus medetur melle rosato,

Frigida si fuerit aqua confert debilitato,

Humectum siccat pectus raucedine strictum.

Ampliat, et laterum castigat mel roseatum.

§ 57. *Memphitum Yerologodion*. - Memphito cedunt, quae linguam noxia laedunt,

Phlegma, melancholicus humor, hieranoxa, dolores,

Algentis stomachi, vertigo, dolor capitalis.

§ 58. *Micleta*. - Sistit haemorrhoidas, tormentum mitigat, omnem

Compescit fluxum ventris micleta per usum.

§ 59. *Nephra potio*. - Fert sterili foetum *nephra potiolaetum*;

§ 60. *Oxymel Squilliticus*. - Squilliticum cholerae purgat, castigat acutas,

Cocta satis tute febris succurrit acutae,

Curat ycteritiam, fervorem sanguinis aufert.

§ 61. *Oxy simplex*. - Causonidis et sinochi vim simplex mitigat Oxy.

§ 62. *Oxy laxativum*. - Quod ventrem laxat tritei discrimina cessat.

§ 63. *Oleum rosatum*. - Mirrhæ, mandragoræ, violatus, iusquiamusque

Efflagrant oleum, quod fit de flore rosarum,

Artheticis calidis hepaticis confert et acutis

[Page 479]

Si sit inuncta manu per nares tympora pulsus

§ 64. *Opopira*. - Defectum mobile manuum, linguae, pedis, artus

Opopiræ dosis fugat et confert tremulosis.

Oppopirasi vis, cito pellit vitia paralisis;

§ 65. *Oxyroceum*. - Oxyrocei vis fracto convenit ossi,

Mitigat ingentes humore fluente dolores,

Solvit apostaseos ac indurata remollit.

§ 66. *Panchriston*. - Panchriston capite gelidis renibus tribuatur

Solvit quartanam ventrem simul amphimerinam.

§ 67. *Potio muscata*. - Potio muscata confortat debilitata,

Cordi iuvat, stomacho, scotosim solvens oculorum.

§ 68. *Pillula aurea*. - Lumina clarificat, caput aurea pillula purgat.

Turbo ventosus stomachi ruit eius ad usus.

§ 69. *Pillulae sine quibus esse nolo*. - Mundat visus quibus est nomen sine quibus

Auribus, yliacae, veteri prosunt cephalææ.

§ 70. *Pillulae masticis*. - Tres partes aloes, masticis quarta, terantur

Cum succo solatri, pillulae sic conficiatur;

Confectus pillularum sic masticis fore dicunt.

Una quæque die post coenam sumere possunt;

Non laedunt non corrumpunt solvunt nec acute,

Et nihil est oculis, mi crede, salubrius istis,

Nam mundificant stomachum caput articulosque,

Humores nocivos et cum stercore purgant.

§ 71. *Pigra Galieni*. - Frigiditas capitis, matricis, nausea ventris,

Errores stomachi pigra fugavit Galieni.

Pigracaput purgat, vitiis stomachique repugnat.

§ 72. *Pliris*. - Et exacuit pliris sensus, obliuia tollit,

Tristitiæ curas adimit, cor debile firmat,

Confortat cerebrum, hieranoxa liberat aegrum.

§ 73. *Philantropon*. - Stranguriam, lapidem, nephresim, laterisque dolorem

Splenis duriciem phloanthropos sedat ad unguem.

§ 74. *Phylonium*. - Pleuresis, iliaca, nephresis, colicus dolor, error

Algescens stomachus, peripleumonia, tumores

[Page 480]

Splenis, vesicae vitium, vestigia sputi
Sanguinei, vi phylonei sinit apta fugari.

§ 75. *Potio Sacti Pauli*. - Febri quartanae qua valet tua potio, Paule,
Nervos confortat, enervat vim hieranoxae.

Confert quartanae *Paulini potiosane*;

§ 76. *Paulinum*. - Quam dat descensus humorum dextruit usum- Paulini tussim thoracis frigora tollit
Quod chimus offendit, oculo sua via rependit.

§ 77. *Rosata novella* - Sudores grata mala post diurria rosata.

§ 78. *Rubea trociscata*. - Eximat falsam rubeae vis quotidianam,
In triteo confert, descensum rheumatis aufert.

Et rubeae gustus colerae fugit humor adustus;

§ 79. *Requies magna*. - In synocha causon in acutis et peracutis

Ut sompnum facias exhibeas requiem;

Dat requies requiem quartanis, quotidianis,

Tertia quam revocat lux febris noxia cessat.

§ 80. *Stomachum frigidum, et calidum*. - Quod capit a stomacho nomen succurrit acutis,

Fervorem reprimat, sitis nutrimenta repellit,

Si vis confectis dominatur frigiditatis;

Si calidum fuerit ventrem iuvat, ylia solvit,

Si medicina nocet modicum fluxum magis auget,

§ 81. *Sal Sacerdotale*. - Sale Sacerdotis capitis dolor et malus oris

Cedit odor, caligo cadit tenebras oculorum

Inducens, tusses fugiunt et anhelitus altus.

§ 82. *Sotira magna*. - Turbo melancholicus, oculi, dentis, dolor auris

Passio longeva, tussis violenta, podagra,

Impetus artheticae, peripleumonia, frenesis,

Poena sciae, stomachi vomitus, vitium hieranoxae,

Sputum sanguineum, virus lethale, solutus

Venter, quartana, dolor asthmaticus, violenta

Dispnia, conturbans capitis dolor, ictericorum,

Munda cutis, Sotirae valescunt munere magnae.

§ 83. *Syrupus violarum*.

Humectat febris siccitas, ventrisque reducit

Offensam, affectus sitis extinguit violatus.

[Page 481]

§ 84. *Sirupus rosarum*. - Ventrem constipat, castigat caumala febris,

Confortat, pellitque sitim, fugat ariditatem

Syrupi virtus; rosa quem producit ad usum.

§ 85. *Tyriaca*. - Vis apoplexiae, scotosis, cephalaea, venenum

Humida raucedo, pressuraque pectoris arti

Asthmatis insultus, peripleumonia, labores

Iliacae, dolor artheticus, nephresis, lapis, algens

Ydropisis, colicae violentia, menstrua, foetus

Mortuus, ictericae labes, contagia leprae,

Fumositates stomachi hieranoxae passio splenis,

Defectus cerebri vitium, compressio splenis

Poena febris typicae magna cedit tyriaca

Solus in anteriore confert potus tyriacae.

§ 86. *Trifera Saracenica*. - Ictericae labes, hepatis calor et cephalaea

Ex cholera, trifera duplex quem sepeliat ardor,

Luminis offensae colerae quem pungit acumen.

Si quemque laedunt tibi Sarracenica cedunt,

Potus triphaeae membri est menstrua vere.

§ 87. *Trifera magna*. - Trifera magna vincit conceptum, menstrua promit,

Matricem mundat, sompnum surgentibus affert,

Corrigit errores stomachi, confert mulieri,

§ 88. *Triasandali*. - Ictericum, phthisim, stomachi, capitisque dolorem

Ex cholera pellit, cui nomen sandalus addit.

§ 89. *Theodericon anacardinum*. - Lethargia stupens, vertigo, frigida matrix,

Nervi debilitas, haec sunt si noxia cuivis

Et anacardino procedit causa salutis.

Theodorongliscit, quem febris atra tumescit.

§ 90. *Unguentum aureum*. - Gutta pedum, vis stranguriae, destructio nervi,

Calculus, hydropicis, et frigida passio, quaevis

Cedunt unguento, quod nomen sumit ab auro.

§ 91. *Unguentum marciaton*. - Thoracis, capitis, stomachi dolor, albor, acumen

Yliacae, dolor artheticus, scia, lepra, podagra,

Splen durum, sclerosis hepatis, renum mala, urina

Deficiens haec sunt quae marciaton iuvat usus.

§ 92. *Unguentum citrunum*. - Lentigo, leprae, labes, inculta citratrix,

Postula, quam salsi producit flegmatis ardor,

Vi cadit unguenti decocti gramine citri.

§ 93 *Unguentum Agrippa*. - Indignans nervus quivis timor et dolor omnis Corporis, absque mora tibi fervens cedit Agrippa.
 § 94. *Unguentum populeon*- Populeon fugat ardores et lenit acutas Inducit sompnum, manibus, pede, tempora tactis.
 § 95. *Unguentum fuscum*. - Fuscum dum mundat siccando vulnera sanat.
 § 96. *Zinziber conditum*. - Plurima conditum solatia zinziber affert. Algorem stomacho, thoraci, renibus aufert.
 § 97. *Zuccorum rosatum*. - Artheticum, fluxum ventris, stomachique dolorem Depellit zuccarum confortativa rosatae
 § 98. *Zuccarum violarum*. - Pectoris ariditas, ethicae, consumptio, phthisis, Pleuretici, peripleumatici, pressura negatum Ventris usus, zuccarum, violatae cedit ad usus.
CAP. II. De ponderibus ac mensuris. - Audi laetando quid dicam versificando.
 Collige triticeis medicina pondera granis,
 Grana quater quinque scrupoli pro pondere sume,
 In drachmam scrupulus ter surgit multiplicatus;
 Si solidum quaeris, tres drachmas dimidiabis;
 Exagium solido differt in nomine solo;
 Aures exagio, solidoque parificatur;
 Constat sex solidis, vel ter tribus uncia drachmis;
 Uncia par librae duodena quis ambiget inde?
 Si quaeris pondus, quot habet sextarius unus,
 Librarum quinque pondus debes dimidiare;
 Cotyla sextario differt in nomine solo;
 Continet heminas sextarius ut puta binas;
 Ut fertur obolus semiscrupulus esse probatur;

Caeterae mensurae non sint tibi nomina curae,
 Nam quia sunt ficta surdescunt sunt derelicta,
 Non eris illus si tenes quod tenet usus.
PARS TERTIA - ANATOMICA - CAP. unicus. Humani corporis partes. - Ossibus ex denis bis centenisque novenis
 Constat homo; denis bis dentibus et duodenis;
 Ex tricentenis decies sex quinque venis.
 Os, nervus, vena, caro, cartilagoque, corda,
 Pellis et axungia tibi sunt simplicia membra:
 Hepar, fel, stomachus, caput, splen, pes, manus et cor,
 Matrix et renes et vesica sunt officialia membra.
 p. 483
PARS QUARTA - PHYSIOLOGICA. - CAP. I. Res naturales. - Res naturales septem sunt: scilicet aer, Corpus, humor, opus, membrum, complexio virtus:
 Istis annexa dicuntur quatuor ista
 Esse, figura, color, aetas, distantia sexus.
CAP. II. De quatuor complexionibus humorum. - "Quatuor humores humano corpore constant.
 "Sanguis cum cholera, melancholia quoque flegma,
 "Terra melancholicis, aqua confert pituitae,
 Aer sanguineis, ignea vis cholerae.
 Humidus est sanguis, calet vis aeris illi;
 Alget, humet flegma, ac illi vis fit aquosa;
 Sicca, calet cholera, sic est igni similata;
 Melancholia vero friget, et dessiccat quasi terra.
Art. 1. Sanguinei. - "Natura pingues isti sunt atque jocantes,
 "Rumoresque novos cupiunt audire frequenter;

"Hos Venus et Bacchus delectant, fercula, risus,
 "Et facit hos claros et dulcia verba loquentes.
 "Omnibus hi studiis habiles sunt et magis apti,
 "Qualibet ex causa non hos leviter movet ira,
 "Largus, amans, hilaris, ridens, rubeique coloris,
 "Cantans, carnosus, satis audax, atque benignus.
Art. 2. Cholericici.- "Est et humor cholerae qui compatit impetuosis,
 "Hoc genus est hominum cupiens praecellere cunctos:
 "Hi leviter discunt, multum comedunt, cito crescunt;
 "Iidem magnanimes sunt, largi, summa petentes.
 "Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax,
 "Astutus, gracilis, siccus, croceique coloris.
Art. 3. Flegmatici.- "Flegma viros modicos tribuit, latosque, brevesque;
 "Flegma facit pingues, sanguis reddit mediocres;
 "Otia non studio tribuunt, sed corpora somno,
 "Sensus hebes, tardus motus, pigritia, somnus;
 "Hic somnolentus, piger, in sputamine multus;
 "Hebes ei sensus, pinguis facies, color albus.
Art. 4. Melancholici.- "Restat adhuc cholerae virtutes dicere nigrae,
 "Quae reddit tristes, pravos, perpauca loquentes;
 "Hi vigilant studio, nec mens est dedita somno:
 "Servant propositum, sibi nil reputant fore tutum.
 "Invidus et tristis, cupidus, dextraeque tenaxis,
 "Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.
Art. 5. Epilogus.- "Hi sunt humores, quos praestant cuique colores:
 "Omnibus in rebus ex flegmate fit color albus;
 "Sanguine fit rubeus, cholera rubea quoque rufus;
 Corporibus fuscum bilis dat nigra colorem;
 Esse solent fusci quos bilis possidet atra.
Art. 6. De tribus humiditatibus.- Est prima humiditas irrorans membra, secunda
 Perdita restaurat, tertia membra ligat.
Art. 7. Digestio in hepate.- Excoquit humores hepar, istos meliores
 Tollere membra facit, caetera membra jacit.

[Page 485]

Art. 8. Receptacula humorum.- Nigram splen choleram, dicatur sanguine vena,
 Pulmo flegma capit, fel choleramque rapit.
Art. 9. Generatio humorum et expulsio.- Fit stomacho chylus, generatur in hepate chimus
 Sanguis per venas purgatur, flegma veretro,
 Fel per sudores, sed melancholia retro.
Art. 10. Purgatio humorum.- Vis digestiva se purgat prima foecando,
 Altera mingendo, trina sedimen tribuendo.
CAP. III. Consensus rerum.- Consona sunt aer, sanguis, pueritia, verque;
 Conveniunt ignis, aestas, choleraque, juvenus;
 Autumnus, terra, melancholia, senectus;
 Decrepitus vel hyems, aqua, flegmaque sociantur
Art. 1. Elementorum natura.- Aeris, ignis, aquae, terrae gravitas levitasque
 Dum convenire microcosmum constituere;
 Ignis fervorem, visum dat, mobilitatem,
 Externa carnem trahit et gravitatem.
 Aer huic donat, quod flat, sonat, audit, odorat,
 Gustum et olfactum, humor est et sanguinis usus.
 Aestas sicca calens, autumnus siccusque friget,
 Friget et humet hyems, calidum ver extat et humet.
Art. 2. Parallelismus signorum coelestium cum partibus.- Ut Coelum signis praefulgens est duodenis
 Sic hominis corpus assimilatur eis.
 Nam caput et faciem *Aries* sibi gaudet habere,
 Gutturis et colli vis tibi, *Taurus*, datur.
 Brachia cum manibus *Geminis* apta decenter;
 Natura intima *Cancer* pectoris aulam gerit;
 Ast *Leo* vult stomachum, renes sibi vindicat idem;
 Atque intestinis *Virgo* praeesse cupit.
 Ambas *Libra* nates, ambas sibi vindicat anchas,
Scorpio vult anum, vultque pudenda sibi.
 Inde *Sagittarius* in coxis vult dominari,
 Amborum genibus vim *Capricornus* habebit;

[Page 486]

Regnat *Aquariocrurum* vi apta decenter;
Piscibusest demum congrua planta pedum.
 Haec media lege bona thau. leo scor. mala valdo,
 Sunt minus iata mala cancer, piscesque, chyrona.
Art. 3. Organorum vis psychica.- Cor sapit, pulmo loquitur, fel commovet iram,
 Splen ridere facit, cogit amare jecor.
CAP. IV. Generatio hominum.- Massa rudis primo, post embrio, postea foetus
 Conceptum semen sex primis crede diebus.
 Est quasi lac, reliquisque novem fit sanguis, et inde
 Consolidat duodena dies, bis nona deinceps
 Effigiat, tempusque sequens producit in ortum.
 In mare terdena fit lux quaterve decena
 Vel quadragena, quinta formatio plena,
 motus duplat, partus triplat illum.
 PARS QUINTA – ETIOLOGICA - *CAP. I. Signa Astrologica.*- Nil capiti facies, *Ariescum* luna refulget;
 In manu minuas et balnea tutius intres;
 Non tangas nares, nec barbam radere debes.
 Arbor plantetur cum luna *Taurushabetur*;
 Aedificari potes, et spergas semina terrae;
 Et medicus timeat cum ferro tangere collum.
 Brachia non minuas cum lustrat luna *Gemellos*;
 Unguibus et manibus cum ferro curam neges,
 Numquam praestabis a promissione petitem.
 Pectus, pulmo, jecur in *Cancronon* minuatur;
 Somnia falsa vides; est utilis emptio rerum;
 Potio sumatur; securus pergit viator.
 Cor gravat stomachum cum cernit luna *Leonem*;
 Non sarcies vestes, nec ad convivia vadas.
 Et nil ore vomas, nec sumes tunc medicinas.
 Lunam *Virgotenet*, uxorem ducere noli;
 Detur agro semen, dubitat intrare cubilem;
 Costas unguentis tentes curare cyurgicis

[Page 487]

Libratenet lunam, nemo tangat genitalia,
 Et renes, nates; nec iter capere tentes;
 Extremam partem Librae cum luna tenebit.
Scorpius augmentat morbos in parte pudenda;
 Vulnera ne cures; timeas ascendere naves;
 Ne capias iter; caveas de morte ruinam.
 Luna tenet femori perpetes mota *Sagitta*;
 Flebothomia prodest, sed debita quaerere noli;
 Rade caput; minuantur brachia, balnea quaere;
 Ungues et crinem, poteris abscindere tute.
Capemocet genibus, ipsa cum luna tenebit;
 Intrat anguis novis cito curabitur aeger;
 Indugia timuit, nihilque durabit in ipso;
 Capere viam tutius est, potio sumpta salutis;
 Plantas ne medices, legatos mittere noli.
Aquarius lunam tenet, tunc crura tangere cave;
 Insere tunc plantas; excelsas erige turres;
 Et si capis iter, ad locum tardius ibis.
Piscishabet lunam noli curare podagram;
 Carpe viam tutus; fuit potio sumpta salubris;
 Embrio conceptus epilepticus exit ab alvo.
CAP. II. De mensibus plus laedentibus impregnata.- Primus, post quartus, post septimus, inde novenus.
 Quatuor hii menses plus laedunt parturientes.
 Primo vexantur cum menstrua detineantur,
 Quae quia stringuntur a febribus accipiuntur.
 Quarto vexari debent, quia vivificari
 Foetum testatur, ita reperis unde gravatur.
 Septimus hiis mensis gravis est quia jam velut ensis.
 Illas incidit graviter; repedansque recidit;
 Laedit eas nonus, quo debent ponere onus.
CAP. III. Causae variae- Art. 1. Causae derivationis.- Debile suscipiens, impellens forte, cadens vis
 Retentiva simul fragilis via larga pororum,
 Sunt causae cur ab hoc membro fluit humor in illud;
Art. 2. Causae constipationis.- Deficient autumnus fructus funerea praestant,
 Impediunt ventrem, via stricta, virentia membra,

[Page 488]

Ariditas, virtus victa, fumique graves.

Art. 3. Causae titubationis- Impediunt linguam fructus, brevis humor, ineptus Virtus, mens praeceps, mens peregrina, timor.

Art. 4. Impedimenta auditus.- Balnea, sal, vomitus, anser, repletio, clamor,
“Et mox post escam dormire, nimisque moveri,
“Ista gravare solent auditum, ebrietasque.

Art. 5. Causae tinnitus- “Motus, longa fames, vomitus, percussio, casus,
“Ebrietas, frigus, tinnitum causat in aure

Art. 6. Causae doloris aurium - Ventus, apostema, dolor, fames, ictus et aestus,
Atque clamor causae sunt quales quatuor istae.

Art. 7. Nociva oculorum - Ista nocent oculis: nocturna refectio, potus,
Pulvis, scriptura, fletus, vigilia, cura,
“Balnea, vina, venus, ventus, piper, allia, fumus,
“Porri cum caepis, lens, *fletus*, faba, synapis,
“Sol, coitus, ignis, labor, ictus, acumina, *pulvis*.
“Ista nocent oculis: sed vigilare magis.

Art. 8. Causae raucitatis - “Nux, oleum, frigus capitis, anguillaque, potus
“Atque crudum pomum, faciunt hominem esse raucum.

Art. 9. Causae febris - Efficit febrem, generat, custodit et auget,
Ut putredo, pori constrictio, prava diaeta.

Art. 10. Causae febris putridae. - Humor naturam spissus, liquidusque, cohaerens
Egressus pravique chimi, strictura pororum,
Sunt causae quare nascatur putrida febris.

Art. 11. Morbi ex ventositate - “Quatuor ex vento veniunt in ventre retento:
“Spasmus, hydrops, colica, vertigo: quatuor ista.

Art. 12. Causae hydropis vel aliorum. - Frigiditas mala si sit per tempora longa
Nascitur in fine leucophlegmaticus inde,
Aut apoplexia, vel phtitis, vel cachexia.

[Page 489]

Art. 13. Abundantia sanguinis - “Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus,
“Inflantur venae, corpus nimiumque gravatur:

“Est pulsus frequens, plenus, mollis, dolor ingens
“Maxime fit frontis, et fit constipatio ventris,
“Siccaque lingua, sitis et somnia plena rubore,
“Dulcor adest sputi, sunt acria, dulcia quaeque.

Art. 14. Morbi sanguinis. - Pleures et synochus, emothois hinc generatur;
Pustula lata rubens, sic synocha, morphea talis,
Post longum tempus alchites exitialis,
Et ver, subtilis regio, similisque diaeta.

Art. 15. Abundantia cholerae. - Accusant choleram dextri dolor, aspera lingua,
Tinnitus, vomitusque fraequens, vigilantia multa,
Multa sitis, pinguis egestio, torsio ventris;
Nausea fit, morsus cordis; languescit orexis;
Pulsus adest gracilis, durus, veloxque, calescens,
Aret, amaretque os, incendia somnia fingunt.

Art. 16. Morbi cholerae - Pruritus choleram jecorisque calor comitatur,
Hinc fervor, hinc causon, hinc trina febris generatur;
Cancer, sive lupus, erysipela sacra creatur,
Morphea, siccus hydrops, icter, phtisis hinc generatur

Art. 17. Abundantia flegmatis - Flegma supergrediens proprias in corpore vires,
Os facit insipidum, fastidia crebra, salivas,
Costarum, stomachi simul, occipitisque dolores;
Pulsus adest rarus, tardus, mollis, quoque inanis;
Praecedat fallax phantasmata somnus aquosa.

Art. 18. Morbi flegmatis - Proxima paralysis nisi praecedat medicina;
Excubat in foribus nervorum passio letae,
Longa quies tali dominatur suspicione,
Mollis hyems, senium, regio conformis et esca.

Art. 19. Abundantia melancoliae - Humor plenus dum faex in corpore regnat,
Nigra cutis, pulsus durus, tardus, tenuisque urina,

[Page 490]

Sollicitudo, timor, et tristitia somnia tetra;
Acrescunt ructus, sapor et sputaminis idem,
Laevaue praecipue tinnit, vel sibilat auris;
Melanc. dat splenem, ructum crudum, scotomiamque.

Art. 20. Morbi melancolias - Auris laeva sonat, corpus patitur cathociam;

Mania, cancer, hydrops, hemorrhoids hinc generantur;

Syncopis atque sanies, elephantica foeda creantur.

Hinc pars nigrescens hujus est indicatio pestis;

Temporis, aetatis mores, regionis et escae.

Cancer, lepra, elephas, scabies, quartanaue febris,

Atque melancholicus morbus de nomine dictus.

PARS SEXTA - SEMIOTICA - CAP. I. Signa morborum. - Monstrat opus laesum, tumor egestum, dolor aegrum;

Infigit, pungit, extendit, aggravat, errat,

Sanguineus, croceus, juvenis, niger humor et aure.

Sanguis et vomitus ventris purgatio, sputum

Sudor, aposthema medici dant tacita signa.

CAP. II. Prognosis bona - Vis, levitas, sensus, spiritus, mens, somnus et actus,

Ista notanda prius, post haec decoctio, fluxus,

Praestant infirmis verissima signa salutis.

CAP. III. Prognosis mala - Febris acuta, rigor, spasmus, detractio vocis,

Et vomitus, cordis defectio, linguae nigredo,

Rubeus oculus, tremulus, minus intra,

Mortem demonstrant fracta cervice futuram.

CAP. IV. Prognosis ex oculo. - Haec oculi signa, cum febre novem mala signa

Peccant: animus, tenebrae, coitus, minor alter,

Sanguineus, pallens, lippus, tremulus, nimis aestus.

[Page 491]

CAP. V. Signa mortis - Prima tibi facies occurrit, prima notetur,

In se signa gerit, quibus aegri crisis habetur;

Lumina si lateant, aut sint subfusa rubore

Signa mortis habent, vario distincta colore.

Livida si fuerint, aut effugientia lumen,

Hoc tibi designant, notantes mortis acumen.

Auris pulpa rigens, frons arida, tempora plana,

Naris acuta, labor immotus, somnia vana,

Algor in extremis, et calor et sitis interiorum.

His visis abeas, curamque geras aliorum.

CAP. VI. Semiotice moribundi - His signis moriens certis cognoscitur aeger:

Fronte rubet primo, pedibus frigescit in imo,

Inde supercilium deponit fine propinquo.

Decidit et mentus, laevus lacrimatur ocellus,

Deficit auditus nasus summotenus albet.

Sponte suo plorans, mortis pronunciat horam.

Ante venit pulsus decurrens propero nisu.

Excubias patitur juvenis noctuque diuque,

Sique senes dormit, designat nocte resolvi.

CAP. VII. Semiotice urinae - Qualibet urina si sanguis inundat abunde,

Apparent grossae rubeo dominante colore.

Si fel, subtiles, citroque colore nitentes;

Flegma quidem grossas, nec non determinat albas;

Sed niger humor eas subtiles reddit et albas,

Sed sanativa vis tale videtur habere.

Et in eis tantum moderatio quatuor horis,

Parte quidem nona substitit hypostasis ulla.

Coctioni superet tantum tamen tunc parvula paret,

Quae si magna paret, jam tertia coctio languet.

Nam penetrans morbus jam destillavit ad artus,

Unde venenosis infertur causa salutis,

Sic ut lauriolis et squillis et titimallis,

Quisquis urinas verissime noscere curas.

Et curata feras carmina nostra legas.

[Page 492]

Quicquid enim scribam probat ars et opus medicinae.
Estque mihi testis mons physicus pessulanus.
Prodeat in medium nec sint abscondita mecum,
Et commune fiat quod fuit ante meum.
Ut reor urinis calor extat causa ruboris,
Frigiditas albi, sed humor grossitie;
Subtilis, siccus generabunt qualia rufum;
Sanguis michiram spissam fundit rubicundum:
Album flegma facit spissam, similem quoque lacti;
Cholera micturam tenuem fundit rubicundam;
Melancholia tenuem, permixtam palliditati;
Spissat ac tenues reddit mediocriter acre;
Flegma facit plenum quod sit glaciale, globosum,
Sed sanitatem nil tale videtur habere:
De prope spissa magis hominis mictura videtur,
Nec liquor est alius cui talis regula detur:
In vitro puro mane totalem collige sane,
Non trasmutetur radians sol quando videtur;
Dum quis prospiciat iterato non calefiat.
Turbida, vel clara subalba, spissa vel ampla,
Ampula, color et odor quae sint contenta notentur.
Crudificant color albus, glaucus, lacque traropos;
Pallidus incipiunt, subpall subtilis mediatque;
Citrinus cum rufo, subrufo quoque complent,
Subrubeus, rubeus, rubicundus, subrubicundus;
Excedunt inopos, tryanos, viridis, niger urant;
Hi duo mortificant luridus atque niger;
Virginis urina diaphana sit aut maculata;
Turbida, spermatica loca sistunt insignia signa,
Praegnantis primo vel trino menseque bino,
Clara sit et album sedimen, nebulaeque minutae,
A quarto foetu vivo serena videtur.
Urinam tingunt febris, paucus cibus et aestus,
Ira brevis, somnus, ira, diaeta, labor.
Saepius artificem deludit forma coloris,
Et fraudat plerumque fidem censura liquoris;
Dant contenta fidem, fallit color et liquor artem;
Tu quoque cuncta vide, nec profer verba repente.
Est in contentis rata lex, descriptio trita,
Iudicii constare regulam recta fide.
Ceterum postponens naturae conscius auctor
Hic Hippocras vim scientia firma trahit.
Nec contentorum seriatim forma vocetur,
Et caruit Hypocras significantia more.
Urinae fundo, medio, summo tria constant.
Hypos. ene. nephilis, sedimen genus omnibus ist.

Crudorem valde tenuis dat spissaque valde.
Obscurus, pravus, glaucus, rubens, cinerosus,
Citrinus, viridis, niger, ypostaseos exit;
Album, citrinum, constans, residens pro meatum.
CAP. VIII. Semiotice pulsuum. - Qualiter urinam dirimat forma coloris
Sic etiam pulsuum species et forma tenoris.
Humorum non pulsum plenum determinat esse;
Ariditas vero subtilem denotat esse;
Si calor exundat, pulsus citus esse notetur;
Causa quidem pigri, sic frigoris esse probatur.
Sanguis habet pulsum plenum quoque tarde meantem,
Sed niger humor subtilem multumque morantem.
Sicque secundum quatuor humorum rationes
Pulsus habet motus, et certam cognitionem
CAP. IX. Pulsus in febre - Est pesti febre pulsusque frequens quasi semper,
Debilis et parvus est, quo districtio major,
Hinc vehemens crebro, vel fortis fit prope noctem.
CAP. X. Semiotice sanguinis amissi - Versiculos signa cernens quibus experimenta
Sanguis emissus de venis ordine tali.
Si cruor est albus hominis quasi spuma repertus
Tussis designat, homini dolorque paratur.
Qui si coeruleus sanguis fuerit speculatus,
Est de fervore tunc dolor in jecore.
Sanguis praeterea si nare videtur in unda,
Physicus hominem vultque pati lapidem.
Si siccus sanguis fuerit variique coloris,
Et veluti pannus scripaticus ac rubeusque,
Talem paralysis vexat ubique satis.
Si sanguis putide pellis dinoscitur esse,
Intercutanea pestis ibi dominatur,
Si rufus, pulcher sit et unda pulchra parumper,
Est talis sanus, non sit tibi dubius.
Si natitant globuli, designat ulcera carni.
Sanguis purpureus cito lenus, et undique spissus
Indicat hominem tibi marem fore sanum.
Sanguis purpureus ex omni parte stercosus,
Tusses catharros indicat esse duos.
Sanguis sulphuricus, cito spissus et undique fractus
Indicat humanam tibi naturam venturam."

[Page 494]

CAP. XI. Semiotice sudoris - Multam materiam multus sudor notat aegri,
Aut fluidam, sed in hoc naturam fortificatam:
Paucus contrarium, sed hanc alibi vacuatam;
Fervorem calidus notat aut morbum diuturnum;
Frigidus in lenta, dubius, parcens in acuta;
Sudor habet magis a calidis humoribus ortum;
Humores foetidus corruptos signat ubique;
Sudor laudatur crisis, quilibet habeatur;
Universalis bonus est, sed particularis,
Vel si capite fit, vel collo desuper adsit,
Ipse loco morbi malus est, si syncopis adsit;
Vitam detexit, si sudor frigidus exit.
CAP. XII. Semiotice stercoris - Si stercus passim nimius atque magis parvus,
Tempore non solito si fit, depravat utrumque;
Crassum vel pingue, viscosum membra resolvit;
Ventrem spumosum, lumbricos, caumata signat;
Et subcitrinum laudabile, flegma dat album,
Si livens viride nigrum de morte figurat.
CAP. XIII. Semiotice ventositatis - Ventulus absque sono figurat meliora sonoro,
Pessimus inclusus qui claustris sponte fit usus;
Bombus non sponte frenesim notata atque dolores.
CAP. XIV. Semiotice somni - Somnus nocturnus et certus est bonus usus,
Sed nil dormire frenesim notat atque dolores.
Somnus conveniens nocturnis competit horis,
Et si mane, valet, sed nil dormire, fluoris
Est signum mortis intensi sive doloris.
Digerit, impinguat, animi calidumque vigorat;
Hinc mens clarescit, *requiescit tempora dudum*,
Vires confortat; dissolvit, digerit escas,
Apperit et gaudet, praeservat, digerit, ardet.

[Page 495]

PARS SEPTIMA - PATHOLOGICA - CAP. I. *Res innaturales* - Aer, esca, quies, repletio, gaudia, somnus:
Haec moderata juvant, immoderata nocent.
CAP. II. *De quinque modis morborum* - Quinque modis morbi fiunt: de caumate primus;
Corporis ac animae commotio magna secundus;
Ut calor est solis, sic tertius est cibus acris;
Quartus adest intra cum sit via larga vel stricta;
Quintus ut putridis humoribus ex febre factis.
CAP. III. *Genera morborum* - Tres sunt, non plures, in nostro corpore morbi,
Morbus consiliaris, communis, et officialis.
Morbum consiliarem causat complexio prava;
Si caret officio morbum facit officialem;
Morbus communis si sit peccabit utroque.
CAP. IV. *Morbi haereditarii* - Morphaea cum lepra, tinea, phthisis atque podagra,
Haec in senibus et calculus haereditantur.
CAP. V. *Morbi contagiosi* - Febris acuta, phthisis, scabies, pedicon, sacer ignis
Anthrax, lippa, lepra, frenesis contagia praestant:
lungitur ophthalmus congelans lippus et orba.
CAP. VI. *Morbi supervenientes* - Ista superveniunt: spasmus, febris, atque tenesmon,
Torsio cum tussi, nihil appetit, et sitis ingens,
Fluxus, singultus, syncopis atque vomitus.

[Page 496]

CAP. VII. *Mictura - Dissincta se celat, canit asma*, malumque revelat;
Orthomia quoque morbo vexatur utroque:
Gurria nil stran. , guttatim, dissur. que per horas.
PARS OCTAVA - THERAPEUTICA
CAP. I. *Diaeta - Art. 1. Diaetae species, et qualis in morbis*
Debilitat tenuis, virtutes grossa vigorat;
Grossa diaeta chymos auget tenuisque minorat.
Ergo prolixis in morbis grossa paretur;
In peracutarum causis tenuis varietur.
A primis detur tenuissima propter acuta,
Uberius reliquis des primo, postque minora.
Si morbi longi fuerint humoribus orbi,
Hanc addo metam tenuem non esse diaetam.
Art. 2. *Ptisana* - Ptisana cura datur sicut decet alleviatur
Tunc dolor, ac alia; procreat tunc commoda multa.
Ptisana vitetur, si virtus debilitetur.
CAP. II. *Conditiones in potione danda* - Potio si danda sit haec bis quinque notanda:
Aer, aetas, regio, virtus, complexio, forma,
Mos et sinthoma, repletio, tempus et aura:
Haec sunt pensanda medico purgare volenti:
CAP. III. *Dum quis laxatur* - Edere dum laxat vitandum, somnus et absit.
Aurae temperies, motus, vomitus, reprimatur,
Laxativa vomit venter, dum languet in ore.
Semper est oppositus usus levitas medicinae,
Oppositus curis vomitum laxare videbis.
CAP. IV. *Quando medicina dari debet* - Si calor est nimius, ventus vehemensque pruina

[Page 497]

Nulla debet penitus purgans dari medicina.
Materia morbi purgans debita ratione,
Absque diaetae die crisis decoctio morbi,
Post afrodisiam damus continuo medicinam.
CAP. V. Quibus fortis medicina non datur - Incolumis noviterque repletus, sanguis abundans,
Exhaustus, facileque movens, virtus gravidata,
Tempus ver, sicca complexio, fluxile rarum,
Aestas et pinguis aer, interior dolor, astra,
Omnibus his tradi fortis medicina timetur.
Istae res prohibent: regimen laudabile, sanguis,
Debilitas, nova repletio, pars et inepta,
Corpus inanitum nimis, evacuatio, tempus.
CAP. VI. Dispositiones ad medicinam capiendam. - Ante datam debent medicinam multa videri:
Corpus, materia, cibus, et digestio, victus,
Stomachus et venter, usus, quoque vis medicinae.
CAP. VII. De purgationibus. - *Art. 1. Purgatio debita* - Si fuerit talis debet purgatio qualis,
Non est laesiva naturae sed iuvativa,
Attendat medicus morbi cum corpore tempus,
Aetates, chymum purgat qui legere surget.
Art. 2. De purgationis causa - Nunc tibi demonstro cur evacuatio fiat,
Est mala materia morbi repletio causa.
CAP. VIII. Tempora morbi - *Art. 1. Tempora morbi salubris*
Quolibet in morbo salubres sunt quatuor horae:
Prima cogit, reliqua cremetur, tertia purgat,
Reparat humores educit quarta nocivos.
Art. 2. In paroxysmo - Tempore quo febris summe sentitur acuta,
Potus et esca simul tenuissima sint tibi parta.
Art. 3. Repressio - Ustio, lotio, pressio, tunc est coctio facta

[Page 498]

CAP. IX. Indicationes variae - *Art. 1. Repercussio* - Grossities, frigus, congestio copia virus,
Mobile, plectoricum, crisis et causa forensis,
Omne retropellens, vitare iubemus in istis.
Art. 2 Evacuatio - Synoca cum colica, frenesis, squinantes et anthirax
Materias crudas evacuare iubent.
Art. 3. Intromissoria - Anum clystere purgat, pessaria vulvam;
Algalia virgam, ciringa convenit auri;
Naso nastale, sed potio convenit ori;
Visco collyrium pro certo dicitur esse.
Art. 4. Diuretica - Sunt diuretica: bruscus, sparagus, calamentum,
Spicaque, foeniculus, betonica, cassia, daucus,
Squinantum, carvi, saxifraga, silercosque,
Petroselinum, levisticus, hypericonque.
Art. 5. Lithontritica - Sed frangunt lapidem: scolopendria, squilla, lupini,
Hircinus sanguis, sparagus, pulvisque cicadae,
Abrotanum, nitrum, saxifraga, granaque solis,
Ius cicerum, ciperus, et petrosillus uterque.
Art. 6. Incisiva - Utraque spica, thymus, poeonia, salvia, myrrha,
Acorus, agaricus, calamus quoque ruta, nigella,
Origanum, sic marrubium, centaurea, crocus,
Castoreum, daucus, squinantum, menstrua ducunt.
Art. 7. Restrinctiva - Luniperus, cyperus, petroselinus, uterque,
Thus, mastix, myrtus, athanasia, psidia, galla,
Sanguis draconis, hypocistidos, acacia, gummi,

[Page 499]

Sumae, plantago, balaustia, mummia, bolus,
Castaneae glandes, corallus, menstrua stringunt.
Art. 8. Repercussiva - Ista reperiuntur: rosa, lilia, jusquiamusque, papaver,
Barba jovis, solatrum, viola, chimoleaque, galla.
Art. 9. Maturativa - Maturant: foenugraecum, semen quoque lini,
Lilia, frumentum, stichados, althea, butyrum,
Art. 10. Aperitiva - Rumpunt: cantharidos, asbestus, flammula, piper,
Os sepiae, pyrethrum, synapis et allia trita
Art. 11. Consolidantia - Consolidant: aloes, thus, bolus, mummia, myrrha,
Lignorum caries, gypsus, balaustia, galla.
Art. 12. Mundificantia - Fabae mundificant, orobus, terrae quoque fimus
Alfita, thus, ireos, asfaltum, myrrha, cerussa.
Art. 13. Corrosiva - Sunt quae corrodunt: aes ustum, vitriolumque,
Lemnias, antimonium, fel, nitrum, sapo, cerussa.
CAP. X. Gaudium membrorum - Pulmo liquiritia, mace cor, stomachusque galanga,
Gaudet hepar spodio, splen cappare, cerebrum musco,
Membra quidem veneris congaudent satyrione.
CAP. XI. Septem cara - Septem sunt cara, quae sunt bona, velque rara:
Balsamus, ambra, thirus, caro, lignum, camphora, muscus.
CAP. XII. Antidota. - "Allia, nux, ruta, pyra, raphanus et theriaca:
"Haec sunt antidotum contra mortale venenum.
CAP. XIII Vomitus - Naturam vomitus volo nunc brevitate docere:

[Page 500]

Andreae vomilus, Scarpellae, Bartholomaei.
Debilis hic, fortis medius, mediocriter imus
Est raphanus, squilla, cataputia, cadmia, jarin
Assa, nux vomica, crocus, eucumer asininus,
Atque nigella, ficus, anabula, centaurea major
Et minor, elleborus albus jungatur eisdem;
Est ebulus, fumus, sambucus, semina rapae,
Atriplicis radix, siccamia, sicca synapis;
Unda tepens, oleum, ficus, et commotio, girum,
Nastur, anethum, trifolia, quodlibet unctum,
Et mollit stomachum vomitus sit temporis usus.
Stringe caput, claude oculos, os mundificabis;
Nec dulce fluidum postea cape cibum.
CAP. XIV. Regimen tempore pestis - Devita coitum, infirmos balnea, fructus;
Sit cibus autem tuus bonus, et vinum tibi potus;
Illud sit vinum puroque flumine mixtum;
Adde cibo tuo, cum prandes, semper acetum;
Ex oleo myrrhae, croco fit pilula firma;
Mane laves vultum dentes, manusque per acetum,
Sed caveas oculos ne tangas, nam nocet illis,
Assatum panem per arctum propter odorem
In manibus serves, sed si fuerint tibi glaucas
Sanguine te minuas, infectum teque noscas.
Sic pestem fugies, hanc formam si bene serves:
Nux, ficus et ruta, muscatum, quatuor ista
Iejune sumpta depellunt quaeque venena.
CAP. XV. Flebotomia - *Art. 1. Flebotomiae regulae* - "Spiritus uberior exit per flebotomiam.
"Spiritus ex potu vini mox multiplicatur;
"Humorumque cibo damnum laute reparatur;

[Page 501]

“Lumina clarificat, sincerat flebotomia
“Mentes et cerebrum, calidas facit esse medullas.
“Viscera purgantur, ventrem, stomachumque coercet
“Puros dat sensus, dat somnum, taedia tollit,
“Auditum, vocem, vires producit, et auget.
Arthritis, paralysis, hydrops, apoplexia, pravus
Corporis habitus, tremor, atque epilepsia manent.
Art. 2. Tempora flebotomiae - “Tres insunt istis, majus, september, aprilis,
“Et sunt lunares, sunt velut hydra, dies;
“Prima dies primi, postremaque posterioris,
“Nec sanguis minui, nec carnibus anseris uti;
Nec iter arripitur, nec medicina datur.
Haec: aries libra bona sunt, simul urna, sagitta;
Scorpio et pisces, gemini, cancer mediocres;
Taurus, virgo, leo, capricornus sunt mala signa.
“In sene vel juvene si venae sanguine plenae,
“Omni mense plenae valet incisio venae,
Incidunt venas morbosae sanguine plenas.
Iupiter et Venus bona sunt, Saturnus Marsque maligni;
Sol et Mercurius cum hi nam sint mediocres.
Ver Petro detur, aestas exinde sequetur:
Hanc tenet Urbanus, autumnum Symphorianus,
Festum Clementis caput est hyemis venientis;
Vitus Lucia sunt duo solstitia viva;
Lamber Gregorii est nox adaequata diei.
Credo quod ignoret medicorum concio tota
Cum bissex hominum membris sint tributa,
Summopere prohibet Alphagamus Ptolomaeus,
Astrologi summi, nec non Ajaxque Sabaeus,
Ut non laedantur membra quando respiciuntur.
Art. 3. Tempora flebotomiae ad lunam - Septima cum datur, tua tunc vena minuatur;
Quinta nocet, mira vacuatis omnibus ira;
Ne careas vita, nonam quoque toxica vita;
Qui quaerit venas huic dat lux decima poenas;
Sub quinta decima sanguis teneat loca prima;
Tela necis portat, vibrat vicesima quarta;
Non linquit totus vicesima quinta minutos;
Ante diem quintum et post vicesimum quintum
Lunae crescentis vel decrescentis abinde,
Venae parcatur, cum sanguis debilitatur.
In luna piena non tangatur tibi vena,
Sin in momento novitatis, scire memento;

Sed ventosarum vobis item competit usus.
Quolibet in membro signum proprium videatur;
Non tantum laedatur, quia corpus debilitatur.
Summa tenet vervex, bos collum, brachia fratres,
Cancer habet pectus, dorsum virgoque ventrem,
Renes libraque, draco vulvam, crura sagitta,
Capraque genua, pes pisces, tibia urna.
Art. 4. Tempus necessitatis - Sit senium atque juventa, si sanguis abundat,
In sene vel juvene si venae sanguine plenae,
Omni mense bene confert incisio venae.
Art. 5. Tempus electionis - "Hi sunt tres menses, majus, september, aprilis
"In quibus eminus, ut longo tempore vivas;
Martini, Blasii, Philippi, Bartholomaei
Venas praecidant, ut longo tempore vivas.
Art. 6. Prohibentia flebotomiam - "Frigida natura, frigens regio, dolor ingens,
"Post lavacrum, coitum, minor aetas atque senilis,
"Morbus prolixus, repletio potus et escae;
"Si fragilis vel subtilis sensus stomachi fit,
"Et fastiditi, tibi non sunt flebotomandi.
Art. 7. Dispositio ad flebotomiam - "Quid debes facere quando vis flebotomare,
"Vel quando minuis, fueris vel quando minutus:
"Unctio, sive potus, lavacrum, vel fascia, motus,
"Debent non fragili tibi singula mente teneri.
Art. 8. Effectus flebotomiae - "Exhilarat tristes, iratos placat, amantes
"Ne sint amantes flebotomia facit.
Art. 9. Plaga venae - "Fac plagam largam mediocriter, ut cito fumus
"Exeas uberius, liberiusque cruor.
Art. 10. Cautelae ad flebotomiam - "Sanguine subtracto sex horis est vigilandum,
"Ne somni fumus laedat sensibile corpus;
"Ne nervum laedas non sit tibi plaga profunda;
"Sanguine purgatus non carpas protinus escas;

[Page 503]

"Omnia de lacte vitabis rite, minute
"Et caveat a potu flebotomatus homo.
"Frigida vitabis, qua sunt inimica minutis;
"Interdictus erit minutis nubilus aer:
"Spiritus exultat minutis luce per aures;
"Omnibus apta quies, est motus valde nocivus
Art. 11. Quibus morbis conveniat flebotomia. - "Principio minuas in acutis, perperacutis,
Confert in reliquis quod justum fuerit.
Art. 12. Secundum aetates - "Denus septenus vix phlebotomum petit annus;
"Aetate media multum de sanguine tolles,
"Sed puer atque senex tollet uterque parum.
"Vir tollet duplum, reliquum tempus tibi simplum.
Art. 13. Quo et quando - "Aestas, ver dextras, hyems, autumnusque sinistras;
"Diminuunt venas sic sit tibi longior aetas.
"Quatuor haec membra: cephe, cor, pes, hepar vacuanda.
"Vere cor, hepar aestas, ordo sequens reliqua.
Art. 14. Venae convenientes - In curvaturis brachii sunt quinque rami unus
Sub utraque manu qui salvatella vocatur;
In pede sunt trina poplitisque, sciique, saphena,
Unius venae ramos hos ita dicimus esse.
Lingua ranines, post aures sunt juveniles,
Istis incisio post hoc homo non generabit.
Art. 15. Salvatellae effectus - "Dat salvatella tibi plurima dona minuta:
"Purgat epar, splenem, pectus, praecordia, vocem;
"Innaturalem tollit de corde dolorem.
Art. 16. Venae facilei - Frons, oculique, labra, minuuntur, tempora, lingua,
Ast inter omnes securior esto saphena.
Art. 17. Indicium sanguinis - Postquam venarum numerus nomenque scitur.
Si bonus aut malus est, inspectio sanguinis adsit,
Eumque cognosces odore, colore, sapore,
Prospicito cuncta, si spuma sit et fissura.

[Page 504]

Art. 18. Diaeta post flebotomiam - Prima die paucas tibi sumere praecipit escas;
Nam de pane bolum, post sorbile porrigit omne;
Post jusselata dare praecipit ac biberata vel piperata.
Coctaque gallina minuentibus est medicina,
Post clarum vinum, post gingiber atque cuminum.
Altera dans pultes modice vult sumere ventres;
Etiam dans gallinas coctas, farfamine plenas;
Pinguis ad haec hoedus prodest coctusque bidellus,
CAP. XVI. Scarificatio - Restat ventosa completa flebotomia,
Cujus multotiens communis et utilis usus;
Summa caraxamus, sed infima scarrificamus.
Si virtus fortis sit et humor particularis,
Extra corruptus, vel est apostasis intus,
Casibus his junctis sic bene scarrificamus;
Si restringatur vel ad exteriora trahatur,
Aut aestas nimius seu pruina sit immoderata,
A quibus haec insunt debet ventosa caveri
Mentum, sub spatula, lumbi, dorsum, nucha, pulpa
Cruris cum coxa, sciatica loca quaerit et apta.
CAP. XVII. Balnea - Sunt universale tibi balnea particulare;
Dulcia, salsa, frigida, sicca, pingua, macra,
Et solutiva fit pirea flumen et aura.
Digerit et flatum, removens educit humores;
Post crisin mitigat, aperit, corpusque suave
Reddit, somnificat, spasmus, tenasmon quoque fugat.
Nobile, plectoricum, rigor, apostemaeque, reuma,
Materia crudor deformis, languida virtus,
A quibus haec insunt vitari balnea debent;
Quum malum sentitur prodest ut balnea vites.
Ipsa poros reserant phtisicis et corpora rorant;
Materia cocta, triteaque tetracea curant;
Frigora si noceant tibi balnea dantque juvamen.
CAP. XVIII. Clysteria - Multotiens prodest clysteria ponere, quare?
Expedit in colica ventosa, faecesque trahendo,

[Page 505]

Hepatis et cordis sedatur passio, renum;
Si cibus est crudus, aut indigestio chymi,
Aut sit apostema, vel lapsus in inferiori
Parte, vel ad tempus calidum, clystere retarda:
Quando tamen datur, patet hinc diversio morbi,
Attendes super hoc patientis conditiones:
Materiae debet commotio primitus esse;
Post clystere datum patiens requiescere debet;
Si nihil inveniatur, nescit vacuare remota
Effectus varios clystere probatur habere,
Ejus multotiens communis et utilis usus.
Ventrem mundificat, mordicat, mollificatque;
Astringit, solidat dum causa sit evacuandi.
Cum mali malva, violaria, mercurialis,
In simul ista quoque, jus extrahe, collige, serva,
Furfuris adde parum, sal, oleum violarum.
CAP. XIX. Suppositoria - Suppositoria sunt satis utiliter retinenda;
Fortia sunt quaedam, et sunt mediocria quaedam:
Fortia: salgemma, nitrum, scammonia; mediocra
Fel cum centaurea, coloquintida, sapaque, creta,
Lardus cum malva, violaria, mercurialis,
At fructus, celidonia, jamque sal sit in istis.
CAP. XX. Virtutes Agnus Dei - Balsamus et munda cera cum Chrismatis unda
Conficiunt Agnum, quem do tibi munere, magnum;
Fonte velut natum, per mistica sanctificatum.
Fulgura de sursum pellit, genus omne malignum.
Portatus munde servat a fluctibus undae;
Praegnans servatur, sine vi partus liberatur.
Peccatum frangit ut Christi sanguis et angit;
Dona dat, et dignis virtutes destruit ignis;
Morte repentina salvat sathanaeque ruina;
Si quis honoret eum, obtinebit ab hoste triumphum.
Agne Dei, miserere mei, qui crimina tollis.

[Page 506]

PARS NONA - NOSOLOGICA. - CAP. I. Febres - Art. 1. *Species febrium* - Trina riget, quotidiana friget, tetraceus horrit.
Est febris vel epi, vel ethi, vel acuta putredo,
Dat cholera febrem cui dat lux tertia nomen,
Flegma facit febrem, quae quotidiana vocatur,
De melancholia fit tibi tetracea febris;
Sanguis producit multas febres paracutas;
Synocha de multo, sed synochus ex putrefacto,
Est augmentaticus, epacmasticus, omothenusque,
Causonides et synochides, ac emitrita quoque.
Primis emitriteus in venis flegma recondit,
Externis cholera mediis convertitur illi.
Pessimus humor inest majori frigidus extra;
Omnes emitriteos solus Christus sanat illos.
Hora brevis, humor mobilis, quoque mobile membrum;
Gravia quae sunt homini morbum dant semper acutum,
Spiritus effemera, solidum tenet ethica membrum.
Sunt ethicae species tres, prima secundaque tertia.
Irae, tristitiae, calor, algor, balnea sicca,
Fervor, esca, labor, vigilans, jejunia, bubo.
Art. 2. *Febris in spasmo*. - In spasmo febris veniens est causa salubris;
Paralisimque novam curat, ac ebrietatem;
Si sint ventosae, colicam fugat, iliacamque,
Utilis artheticae si sit cum frigiditate,
Nec ininus, ut fatur, arthetice inde juvatur.
Art. 3. *Triplex typus*. - Est triplex typus: rigor, horripilatio, frigus;
Frigus flegma facit, rigor est dum cholera pungit.
CAP. II. *Ad spasmus*. - Tibia si patitur spasmus, nervi retrahantur,
Tibia cum talo tendatur, moxque juvatur.

[Page 507]

CAP. III. *Ad stuporem membrorum*. - Si manus aut membrum sentitur habere stuporem,
Siccis ventosis studeas remove cruorem.
CAP. IV. *Ad paralysin*. - "Salvia, castoreum, lavendula, primula veris,
"Nasturtium, athanas haec sanant paralitica membra.
CAP. V. *De Gutta*. - Art. 1. *Guttae species*. - Gutta petens latus dextrum fact haec paralysim;
Si petit ipsa pedes, generatur abinde podagra;
Si petit ipsa manus, generatur abinde chiragra;
Membri juncturam arthetica dicitur inde;
Si petit ipsa sciam, fit abinde sciatica pestis;
Tetanus expansum totum membrum retinebit.
Art. 2. *Cura guttae*. - Vinum, castoreum, tapsus, camomilla coquantur:
Per quae si foveas arthetica membra juventur,
Balsamus addatur cunctis cum prodesse putatur.
CAP. VI. *Ad curandum rheuma*. - "Jejuna, vigila, caleas dape, valde labora,
"Inspira calidum, calidam bibe, comprime flatum,
Jejunes, vigiles, caleas sic rheumata cures;
"Haec bene tu serva, si vis depellere rheuma.
"Si fluat ad pectus dicitur rheuma catarrhus;
"Ad fauces branchus, ad nares esto, coriza.
CAP. VII. *Ad apostema* - Est ulcus durum, rubeum, mox caepa coquatur,
Desuper extendas, mollescit et evacuat.
CAP. VIII. *De Lepra et speciebus ejus* - Decidit alopecia cilium, lux ignea turget
Tuberibus succensa rubet facies saniosis.
Grossa tumet naris, pravum respirat odorem,
Putrida sanguineum sugit gengiva cruorem.

[Page 508]

Glandescit cutis in tyria, mollescit et albet,
Nec membris lymphae profusio facta cohaeret.
Signa leoninae manuum fissuraque pedum,
Aspera rupta cutis, macies, pruritus et ardor,
Vox et rauca, color citrinus, mobile lumen,
Ut gengivarum corrosio, naris acuta.
Contrahit et spasmat species elephantica nervos,
Corrugat nares, oculos facit esse rotundos,
Tubera durat, riget caro livida, squalidus unguis.
CAP. IX. Verrucarum medicinae - Est canis urina verrucarum medicina;
Verrucis duris medicamur sanguine muris.
CAP. X. Adversus variolas - Ne pariant teneris variolae funera natis,
Illorum venis variolas mitte salubres.
Seu potius morbi contagia tangere vitent
Aegrum aegrique halitus, velamina, lintea, vestes,
Ipseque quae tetigit male pura corpora dextra.
CAP. XI. Dolor capitis - "Si dolor est capitis ex potu, lymphae bibatur,
"Ex potu nimio nam febris acuta creatur;
"Si vertex capitis, vel frons aestu tribulentur,
"Tempora fronsque simul moderate saepe friceatur,
"Morella cocta nec non calidaque laventur;
Istud enim credunt capitis prodesse dolori,
Styptica non comedat donec natura juvetur.
CAP. XII. Ad emicraneam - Succus betonicae Baptistae nocte legetur,
Hunc bibe mane, sic emicranea saepe fugatur.
CAP. XIII. Ad frenesim - Si caput exruciat frenesis mox rade capillos
lure lava raphani, post cataplasmatizando,
Et obmitte die, sed noctibus hoc iteretur,
Donec proficiat, et aceto mane lavetur.

[Page 509]

CAP. XIV. Purgantia capitis - Zinziber, pyrethrum, condita ruta, synapis,
Castoreum, pulvis aloes, aristologia,
Sol, calor, et ignis, piper, ac elleborus albus:
Sternutare facit pulvis de qualibet horum.
Castoreum cerebrum purgat, scolopendria splenem.
CAP. XV. Morbi oculorum - Ungula cum tela, pannus, macula, cateracta,
Lippus et opthalmus oculorum nomina morbi.
CAP. XVI. Cura oculorum - Sanguine vel sanie si perfundantur ocelli,
Cauterio colli poterit tibi noxa repelli;
Si sit pruritus, huic unda rosata medetur;
In panno tenui cuminum dente teratur,
Sic sputo tali lumen in mane juvatur.
Si rubor aut tumor est et major noxa timetur,
Tunc solatri barba super albugo ligetur,
Sic tamen, ut clausis oculis, pannus medicetur.
Si lacrimae fluant, fronti restrictio detur,
Quae de viscosis et trito thure paretur.
CAP. XVII. Medicinae oculorum - Camphora, sarcocolla, lycium, chelidonia, ruta,
Mel, aloes, marathrum, tutia, myrrha, merumque,
Lac muliebre, liquor casei, sanguisque columbae,
Obscuros oculos clarificare solent.
Lympha, *viror*, speculum, clarificant oculum
CAP. XVIII. Aqua pro oculis - "Foeniculus, verbena, rosa, chelidonia, ruta,
Subveniunt oculis dira caligine pressis;
"Ex istis fit aqua, quae lumina reddit acuta.
CAP. XIX. Pro dentibus - "Sic dentes serva: porrorum collige grana,
"Ne careas jure, cum jusquiamo, quoque ure,

[Page 510]

“Sicque per embotum fumum cape dente remotum.
Lenitam pastam sub mento nocte ligabis
Pu1vere cantharidis, sic tibi vesica creatur,
Per quam desudat dolor, hinc tormenta fugabis.
CAP. XX. Pro uvula - Uvula si rubet et longa rubere videtur,
Diameron, ne mora, pyrethrum quoque gargarizetur.
CAP. XXI Ad squinanciam - Quando doles guttur velut ulcera si patiantur,
Protinus abstineas, minuas, sic alleviatur.
CAP. XXII. Rigor colli - Si rigor est colli, vel distortum tribuletur,
Asse percutias plantas, sic nervi revificentur,
Ut descendentes in planta corripiantur.
CAP. XXIII Pleuresis - Pleuresis est vera cum spirandi gravitate
Febreque continua, tussi, laterisque dolore.
CAP. XXIV. Contra pleuresim - Propter apostema sub costis mox minuatur:
Strictius abstineat patiens si punctura gravatur.
Ancharum medium si sentis eundo generatur,
Pannis stuposum mox interpone paratum,
Hoc quoque modo non retro sed ante ligatur.
CAP. XXV. Phthisicus - In phthisico fluxus ventris, casusque capilli,
Mala rubens, foetor sputi, sunt signa pericli.
CAP. XXVI. Ad cor - De margaritis, vel gemma, quae reperiuntur,
In cancri capite quae par virtute putatur.
CAP. XXVII. Colica - Sunt colicae calor ac cibus, cum flegmate ventri,

[Page 511]

Ulcus, lumbricus, sensus defectio causae.
Guttus, piscis, olus, tria sunt haec per sua jura
Cum polipodio colicis aptissima cura.
Intestina dolens herbas super illa ligabis,
Pulegium, centaureamque, origanum, sal et avena,
In forti vino coque rosas, jungito furfur,
Vel laterem calidam superque illo teneto
CAP. XXVIII. Dissenteria - Sunt dissenteriae, sanguis, rasura, caroque;
Est dissenteria mala, peior, pessima, triplex;
Est hujus species, sanguis, rasura, caroque.
In dissenteria dari debet athanasia.
Cruda lien. simplexque diar. cum sanguine dissen.
CAP. XXIX. Pro ventre duro - Est venter durus, aqua pinguis cocta bibatur
Carnis porcinae, biduo post pulvere senae munda.
CAP. XXX. Ad restringendum ventrem - Si vero venter fluit, hunc jus ex plantagine stringit.
CAP. XXXI. Ad tenesmon - Marrubium, tapsus, tenasmon, malva coquantur,
His supersedeat calidis et sic alleviatur.
CAP. XXXII. Hepar incensum - Est hepar incensum furfurque morella terantur,
Hunc super imponas sensum mox alleviatur.
CAP. XXXIII. De hyctero - Hycteris est viridis, hanc aggravatam vocitamus,
Nigram melanchteon vocant, extremam croceamque.
CAP. XXXIV. Hydrops - De fleu fit leuco. de melanc. nascitur hydrops;
Alchites de sang. generatur tympana de col.

[Page 512]

Noscas tympanidem prae cunctis deteriore,
At cum devites id quod finitur in ytes.

CAP. XXXV. Cura hydropis - Asara baccara, cassia lignea, spicaque nardi

Hydropisin curant de causa frigidiori.

Si friget hydropisis, ambrosia trita bibatur,

Cum melle sicomorum, sudoribus evacuatur;

Fortia vina bibet, naturae frigida vitet.

Si calet hydropisis plantago mane bibatur

Binis hebdomadis, et tum modice minuatur,

At lacticinasalsaque marina vitatur.

CAP. XXXVI. Ad provocandas urinas - Mingere non poteris, fiat tibi tale juvamen;

Ex apii, marathri, levistici, pilariaque ligamen,

Haec super renes pectenque pone, fiat juvamen.

CAP. XXXVII Contra dysuriam ex venere. - Legitimam venerem cole. Si male captum amorem

Prosequeris vetitum, formidans munera foeda,

Ut sis certa salus, sit tibi nulla venus;

Ut sis certa venus, praesto tibi sit liquor unus,

Quo veretrum et nymphae prius et vagina laventur.

Lotio post coitum nova fecerit hunc fore tutum;

Tunc quoque si mingas, apte servabis urethras.

CAP. XXXVIII. Ad haemorrhoyda - Propter haemorrhoydas super ignem caepa coquatur,

Huic super sedeatur et mox dolor alleviatur.

CAP. XXXIX. Ad fistulam - "Auripigmentum, sulphur miscere memento,

"His debet apponi calcem; commisce saponi;

"Quatuor haec misce, commixtis quatuor istis

"Fistula curatur, quater ex his si repleatur

[Page 513]

CAP. XL. De partu in mala pelvis conformatione - Pelvis in angusta parientis fauce retentus

Qua via facta, non multis nisibus infans,

Si faciet medicina viam, si dextra juvabit.

Nec jam Caesareum vulnus Lucina requiret;

Symphiseos pubis dissectio rite peracta

Damnatos telo partus simul atque parentes,

Protinus et certo, dulces servabit ad aures.

At mitemne adeo pubis divisa medelam

Matribus ac pueris feret, ars ut mitius ullum

Auxilium nequeat, vel convenientibus ullum,

Quod possit repeti quoties natura jubeat.

CAP. XLI. Ad praeveniendas in virginibus difformitates - Haec quoque rachiticis rite observanda jubebis:

Crebro purgentur, sed crebrius invigilentur;

Quae metuis pueris mage sunt metuenda puellis.

Hi multum comedant, vacuumque per aera ludant;

Non sedeant, sed eant, et vitant vincla, thoraces.

Si tamen introrsum minitentur pessima dorsum,

Continuo spinam redigas in rectius, illam

Extendens tractu leni simul atque perenni,

Convexosque premens interdum molliter arcus.

PARS DECIMA - DE ARTE - CAP. I. Laus medici - Sensus et ars Medici curant, non verba Sophistae;

Sic aegro relevat curis, verbis necat iste.

CAP. II Industria Medici - Nosse malum, sanos servando, aegrisque medendo;

Consule naturam, poteris prudentior esse;

Est Medicus qui scit morbi cognoscere causam;

Quando talis erit nomen et omen habebit.

Sunt Medico plura super aegros respicienda:

In membro crasis, atque situs, plasmatio, virtus,

Morbi natura, patientis conditiones,

Digere materiam, crudamque repelle nocivam,

[Page 514]

Mollifica duram, compactam solve, fluentem
Spissa, liquefac spissam, lenique fluentem.
CAP. III. Medicinae fines - Si Medicus cunctos aegros posset medicari
Divinus magis deberet iure vocari.
Vitam prolongat, sed non Medicina perennat.
Non phisicus curat vitam, quamvis bene longat;
Natura, qua conservans, descendens corpora sanat
CAP. IV. Medici incommoda - Stercus et urina sunt Medico fercula prima;
Hydrops quartana sunt Medico scandala plana
CAP. V. Ad praecavendam aegrorum ingratitude - Non didici gratis, nec musa sagax Hippocratis
Aegris in stratis serviet absque datis.
Empta solet care multum medicina juvare;
Si quae detur gratis, nil affert utilitatis.
Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus:
Pro vanis verbis montanis utimur herbis;
Pro caris rebus, pigmentis et speciebus.
Est medicinalis Medicis data regula talis:
Ut dicatur: *da, da*, dum profert languidus *ha, ha!*
Da Medicis primo medium, medio nihil imo.
Dum dolet infirmus Medicus sit pignore firmus;
Instanter quaerat nummos, vel pignus habere;
Fidus nam antiquum conservat pignus amicum,
Nam si post quaeris, quaerens inimicus habebis.
CAP. VI. Medicaster - Fingit se Medicus quivis idiota, prophanus,
Iudaeus, monachus, histrio, rasor, anus,
Sicuti Alchemista Medicus fit aut Saponista,
Aut balneator, falsarius aut oculista.
Hic dum lucra quaerit, virtus in arte perit.

[Page 515]

EPILOGUS - In metro pauca mox commemorantia multa
Quod phisis regimen statim compendio scitur,
Cura sic est prompta languor qua tollitur aeger.
Metra juvant animos, convertunt plurima paucis,
Pristina commemorant, sunt haec tria grata legenti.
Haec bene servando longam vitam tibi mando.
Herbas in terris, celso quot sidera cernis
A me tot mille verba salutis habet.
Comoda dicendo fit in hiis non metra tenendo
Versus per plures flores carpsi medicinae,
Opitulante Deo Musa cum tradita Clio,
Quorum suffragiis opus istud cessat in esse,
In quo quaeque bona tenens linguasque malignas
Grates Deo peragens actum qui sinerat istum
Auctores cui sunt phisicus Arthigenis almi,
Maurus, Mathaeus, Salomon, Petrus, Urso, moderni
Sunt medici, per quos regnat medicina Salerni.
Hoc tamen medicis veris alitusque Sophiae
Clareat ad plenum quae Musarum turba iubente
Nam tua decreti Majestas vilet, et omni
Privatur splendore sui si publica fiat.

[Page 516]

Nam res vulgatae semper fastidia gignunt,
Ex re vulgata contemptus nausea surgit,
Nam majestatem minuit qui mystica vulgat,
Nec decreta manent, quorum sit conscia turba.
Exul sit Medicus physicus secreta revelans.
Iam Deus Omnipotens Medicus summus Medicorum
Digne felicitet opus istud semper in aevum,
Ipsum confirmet quod nec Iovis ira nec ignis,
Nec ferrum, nec aetas poterit abolere vetusta.
Istud complentem benedic, Deus, et facientem
Cui sit laus et honor, benedictio, gloria semper.
Amen
Explicit - Explicit tractatus qui FLOS MEDICINAE vocatus;
Auctor erat gratus per quem fuit abbreviatus,
Sublimis status Coelo sit ei praeparatus
CHRISTI per latus stat cum Sanctis elevatus.
Amen

